

Q. B. V.  
DISSERTATIO HISTORICA  
De

ORIGINIBUS  
PRISCAE GENTIS  
VAREGORUM,

Quam

*Consentiente Ampliff. Facult. Philosophi.  
In Regia ABOENSI Acad.*

Sub  
PRÆSIDIO

VIRI CI.

Mag. ALGOTHI A. SCARIN,  
Phil. Civil. & Histor. Prof. Reg. & Ord.

*Publicæ Censuræ modeste submittit*

JOHANNES G. HELSINGIUS

WIBURGENSIS

Ad diem 25. Maji, An. MDCC. XXXIV.

*Horis locoque solitis.*

---

ABOÆ, excud. Joh. Kiämpe Reg. Acad. Typ.

To My LORD, and BARON

# ÅKERHJELM

PRESIDENT of the Abo PARLIAMENT

My LORD,

**Y**OUR EXCELLENCE esteemed, for the true and fine learning and sciences, as vel as the humanity for the Scholars, have my embolden to make this address, and to begg the protection of YOUR EXCELLENCE Auspicious Name. What manner of place, in the very old time, SVEDELAND have had, and what expeditions the Nation have maked, time efter time, into all parts of world, YOUR EXCELLENCE knows, and that are so much more known, that whos fame have travalled with the Sun, and that whose virtues have been, and shal be a living monument to all ages, when tombs of marble, and fine piramids be eaten by time, or crumbled into ruin. Therefore j may promise my self an assurance, that please to YOUR EXCELLENCE, cast an Eye of curiosity upon this Disputation, who speak of the old WARGAR in Suedeland, tending to the honor and glory of the Nation. I assure that I am with all sorts of respects

My LORD,

Of YOUR EXCELLENCE

The most humbly Servant  
JOHN HELSINGIUS.

## STIERNCRANTZ

GOUVERNEUR de NYLANDE &amp; de TAVASTHUS.

Si je prens maintenant la hardiesse de VOUS dedier ce petit ouvrage, le lustre des VAREGONS, c'est pour le mettre sous VOTRE protection. Ceux qui regardent les choses par dehors, diront peut estre, que les VAREGONS ne meritent point tant d'honneur. Mais pourquoi profaner tant de courage? il faut excuser les Anciens & rendre justice a toutes leurs belles actions, dignes de la posterité. Le Nom seulement, qu'ils ont reçu des pirates, exprime assez toutes leurs perfections. Je fais ainsi de necessité vertu, VOUS presentant avec respect cette Dissertation, en reconnoissance des bons Offices dont il VOUS a plu combler mon Pere, & tous mes autres parents; J'espere la continuation a'une si genereuse bienveillance, VOUS assurant que je suis, & serai jusqu'au tombeau avec tout le respect imaginable,

MONSIEUR,

VOTRE très humble &amp; très obéissant,

Serviteur

JEAN HELSINGIUS.

Maxime Reverendo atque Amplissimo,  
 Diœceseos & Cathedrae Borgoenfis  
 ARCHI-PRÆPOSITO merittissimo  
 Venerandi Consiſtorii Eccleſ. PRO-PRÆSIDII  
 digniſſimo,

Dn. Mag. GEORGIO HELSINGIO,  
 PATRI Indulgentiſſimo,

POST. EXEMTOIAN. AD. SALAM. PER. BIENNIUM.  
 ET. AD. AURAM. PER. TRIENNIUM.  
 SILENTIUM. QUINQUENNALE.  
 JAM. FARI. LICET.

ET. QUAM. PRIVATIM. CONSTITUI. SANCTITATEM. COLENDI.  
 PATRIS.

PUBLICIS. TESTARI.

MUNUSCULUM. APPORTO.

NON. AD. MENSÆ. ORNATUM.

SED. PROFESSIONEM. RELIGIONIS.

IMMATURAM. QUAM. NULLAM. FRUGEM. PROFERRE. VOLUI.

QUE. QUAMVIS. SATIONI. ET. CULTURÆ. TULÆ. NON.  
 RESPONDEANT.

PRIMITIÆ.

A. PATRE. REPULSAM. MINIME. PATIENTUR. TAMEN.

QUOD. PRETIO. REI. OBLATÆ. DEEST.

VOTIS. SUPPLEBO.

ANTIQUUM. DIERVUM. PRECATUS. UT. MENSURAM.

FATI. TIBI. LONGISSIMAM. PRÆSTET.

ET. SENECTÆ. VIRIDI. ATQUE FLORENTI.

PERPETUITATEM.

ADIUCIAT.

JOHANNES Georgii HELSINGIUS.

Til sin Kära Broder.

**J** Landwar' mader Kongs! som dryga slängar  
tagit

För Landamäre/ som J haft i Ehr't Förswar/  
Wälan! framträder nu med all de Ärr i dragit  
Från Hardlek Lekawalls; ther mången tumlat  
haar.

**S**må Kongar träder fram i swärm med Thiod  
Kungen/

För äldren skämmens ei/ ell för Ehr' gamla drägt;  
Hör! Mikils hattar men! Ehr' Sagublr nu sungen  
Om tapper Bardalek/ om Kunga Ätt och Slächt.

Här är en Wän/ som haar Fost Bröd erlaget swurit  
Med alla Ehr/ som kächt ha'n stätt Holmgangulag:  
Hantil Ehr't minne haar Bragbiggaren framburit  
Och sungit Ehr't beröm med starka Drambuslag.

Dy kommer! än en gång/ utur Ehr't mörka tysta;  
Kom! Jarlar/ Hersar/ Dwärg/ i SaldaSyker/  
kom!

J skolen fågnas här: J skolen blifwa hyste;  
Låt Efterwerlden se Ehr' innan och utom.

Men

Men glömmen intet bort Ehr Härnads Klädebona /  
Med diarskin täcker hamba från hufwud in til foot ;  
Ehrt Skägg låt blifwa qwart : afslippen intet klona :  
Ehrt Sinne ware nu / som för i med och mot.

Ja at wår efterwerd sin lystna ån må hafwa /  
Så låter följa med Hand Sarar / Darter / Sköld :  
Med Panhar kladder häst / utgiorder til at trafwa  
Så wäl i heta stor / som i den största köld.

Et Skiepp / til öfwerflöd / låt segla in i hamnen /  
Som wäl utzirat är / och prindt på bästa sätt /  
Med en förgylter Suud / och Drake fram i Stammen  
Ut af Berserne Nör och gullet myckla mått.

Då tror jag I wist fån behålla Warga namnet /  
Det som min Bror har wist / bewist och som en Karl.  
Med namnet låen I förswara Warga Sagnet :  
Som är / at wara grym och starcker som en Jarl.

Had' Cæsar mött så wist en / af the wåra / Wargar /  
Jag tror han hade sagt : kom du och fölg med mig.  
Om Alexander sedt Ramskögner / Berserks gangur /  
Jag tror han ropat / Hålt ! Ei wil jag slås med tig.

För Tu åhr tänckte jag at skildra desse Wargar ;  
Men tacka Gud jag slapp : Tro mig / jag blef så  
främd /

Ut jag ei wist' hwar jag för i en Hus Fadbur targer  
Skull rista Landamår / at fly thes aurlogs hämd.

Dm

Om dessas Härnader i Svea-Gardarike /  
I Carckland allestäds / och Micklagardens  
Skär /

Sagt ware detta nog : at the ei hafst sin like.  
Det är ock nog utaf. Hvem mer? han kommit här ;

Min Bror har vågat sig på Fältet med de Diuren;  
Nog året wäl / em han ock slipper Strapenos ;  
Doch tror jag han blir fri; Ty han en wän är swuren  
Med dem: Tör hända / han med Landsmän wärfst  
Sig ros.

Låt honom därför gå på Ahrans dryga trappa:  
Låt honom snart få se sitt Arbets Hederslön!  
Ut alla Dygders Crantz och Fria Konstens kapp  
Blir hans **Poluta Swarf**: det är min trogna  
bön!

Borgå den 12. Maji


1734.

GEORG HELSINGIUS Fil.

DISSERTATIONIS SYNOPSIS.

- Cap. I. §. 1. 2. 3. *Scandia Vagina gentium.*  
 §. 4. *Scandinaviæ fines modo arctiores, modo laxiores.*  
 §. 5. *Scandia cum Svethia magna non confundenda.*  
 §. 6. *Svethiæ magnæ seu Odiniæ imperii termini.*  
 §. 7. *Distributio illius imperii in Sv-Gothicum & Holmgardicum.*  
 §. 8. *De Synonymis Rufforum.*  
 §. 9. *De Imperio Holmgardico.*
- Cap. II. §. 1. *De etymo vocis Varegorum.*  
 §. 2. *Aliæ atque aliæ circa etymologiam conjectura recensentur.*  
 §. 3. *Ex illis, quanam probabilitate semet maxima commendat.*  
 §. 4. *Homonyma, aut si mavis synonyma Varegorum.*
- Cap. III. §. 1. *Scandiam esse patriam Varegorum probatur ex locorum nominibus, quibus etiamnum servatur memoria gentis.*  
 §. 2. *Probatur ex Jornande.*  
 §. 3. *Cujus descriptio, recentioris ævi scriptorum,*  
 §. 4. *Nec non charographorum testimonio corroboratur.*  
 §. 5. *Strahlenbergii Synonyma Varegorum apud exteros.*  
 §. 6. *De Væringis Constantinopolitanis & Italicis.*  
 §. 7. *Quo casu Ruffiæ admissa gens Varegorum.*  
 §. 8. *Quo tempore.*  
 §. 9. *De antiquissimis Holmgardiæ regibus.*  
 §. 10. *De Roreco & ejus nepotibus.*  
 §. 11. *De illorum cum Scandiæ principibus commerciis, una cum veteris Aldejoburgi urbis memorabilibus.*  
 §. 12. *Eandem collationem pluribus persequitur.*  
 §. 13. *Nomina primorum Varegorum Ducum mere Gothica esse, exemplis demonstrat.*  
 §. 14. *Testimonia Rufforum & exterorum pro nostra sententia.*  
 §. 15. *Qui patriam eorum Prussiam faciunt, diluuntur.*  
 §. 16. *Vagriam Væregiæ, quam Væregiam Vægricæ natalis debere, pro magis probabili habet.*





CAPUT PRIMUM  
PROGEMIALE.

§. I.

**S**eptentrionem hunc nostrum, qui vulgo *Scandia* seu *Scandinavia* nomine venit, illis jam seculis, quæ ad antiquissimorum scriptorum memoriam ascendunt, incredibili hominum copia abundasse: eundemque aliis atque aliis temporibus, inundantium more aquarum, in omnes fere terræ plagas colonos diffuisse suos, nisi cum ratione insaniens, ægre quisquam negabit amplius. Admodum exigua in historiis mentio populorum, qui septentrionem suis immigrationibus turbarunt. In eo vero consentiunt omnes, quod ex septentrione egressa coloniarum examina varia, terras orientales primum, mox etiam meridionales armis suis diu multumque lacesiverint (a) Etiam si vero egestas summa annualium vetustissimi avi non sinat determinare certum a diluvio tempus, quo in aquilonem primum immigraverint recentes ex oriente coloniarum, adeoque ad inania gentilis antiquitatis merito referantur, quotquot de remotio-

A

motio-

---

(a) *Conf. Wildes hist. Svec. p. 45.*

2  
motioribus hisce seculis & in illis, antiquitate gentium, institui solent ludicra certamina: tamen si conditionem ipsam regionis gentisque propius adspexerimus, proclive erit videre *Scandiam* neq; præter meritum a veteribus *Vaginantium gentium* cognominatam fuisse, imo cum ceteris gentibus, de prærogativa antiquitatis non infeliciter amulari.

§. II.

**N**eqve enim est, quod quisquam existimet cæli solique asperitatem quicquam præjudicare gentis antiquitati. quasi primi terræ inhabitatores, nisi affectæ mentis vitio laborasse dicere velimus, eandem cum fertilitate & amœnitate *Germania* non facile permutarint (b). Quamvis enim non negari potest, fuisse jam olim regiones a natura alias præ aliis steriliores, alias vero accipiendo humano cultui magis idoneas; de eo tamen minime ambigendum, quin primæ executionis di-  
ras

---

(b) Non Cluveri modo, Læscheri aliarumque exteriorum illa est hypothesis de septentrione post occidentales terras demum extulso, sed & Blondelli, qui in literis ad Stiernhielmium, quarum in *Act. litt. Ups.* xi. 32. copia habetur, magis probabilem eorum vult haberi conjecturam, qui secundum Danubium versus occidentem progressos putat primos ex oriente (prima & antiquissima gentium vagina) in ulteriora diffusos colonos. Sed quorum omnium decreta magis, quam iudicia altioris ingenii & stili sui mucrone configit vir supra nostras laudes positus nobilissimus regni *Historiographus hist. Sveth. pragm. Cap. 11. adæ. Rudbeck. Atlan. Tom. I. p. 63. & Clariss. D. Bærner Gotunheim. p. 25. &c.*

ras universus orbis fenserit, saltem indolis & speciei suæ pristinæ, si quam initio amœniorem habuerit *Germania*, ejusdem, cum *Scandianis* terris, tristem in diluvio subierit metamorphosin: *Tacito* veteri annalium *Germania* scriptore non dissentiente, qui eandem suo ævo adhuc horridam silvis, humoribus squalidam & paludibus fœdam esse testatus est.

§. III.

**Q**uid? quod si concedendum nobis sit, terris, quæ septentrionibus subjacent, non eadem statim irritamenta sese olim obtulisse, quæ hominibus in diversam plagam penetrantibus obviam venire, an ideo serius æquiloni, neque nisi ceteris regionibus in obsequium reductis, habitatores obtigere? Quid obstat, quo minus *Scandia* aboriginibus eadem usu venerit prudentia & experientia, quam *Attica* telluris primos indigenas, eodem in articulo rerum adhibuisse constat. Fuit optimus ager *Græcia* quisque, propter soli bonitatem invasionibus aliis super aliis obnoxius. Ast non ideo tamen *Atticam* propter suam tenuitatem & sterilitatem neglectam fuisse, quin a vetustissimis temporibus illa quoque culta fuerit, *Thucydides* auctor est. *Scythas Attica* vetustissimos colonos fuisse, palam notum. Eandem cum majoribus mentem posteris eorum fuisse, *Alexandri* dominatione *Græciæ* incumbente, apud *Curtium* legimus. nempe ut ab alienigena domino etiam illi securi agerent, humano cultu vacua magis quam urbes & agros sequutos fuisse. Quod si a libi posteris illorum eundem vivendi modum minime dedignati sint in illa vitæ humanæ, tum temporis, majori copia; quid vetat majores *nostros* in prima simplicitate sua i-

A 2 dem

4  
dem omnino institutum tenuisse, vitæ incultæ & solitariae securitatem, cultioris malo metui prætulisse, suisque posteris ad eandem vitæ commoditatem suo exemplo prævisse? In summa, quæ incolas ab exteris regionibus hodie innumeros invitat saluberrima aëris temperies, piscium & venationum frequentia, soli ad agros & pascua fertilis sufficientia, & denique regionis contra insidias hominum & cetera incommoda, quæ ad austrum vergentes populos crebro infestare solent, securitas, jam olim Nomades bonorum & malorum horum sub itinere haud inexpertes, in septentrionem longius longiusque provexerunt; neque solum adduxerunt ad fingendas in illo stabiles sedes, sed & effecerunt, ut in illo faventis naturæ otio, procreandis liberis, eadem duce, quoque vacarent impensius; quorum quum brevi major, quam fertilium agrorum numerus esse cœpit, eandem, cujus sibi majores exemplum fecissent, sustinendæ vitæ rationem mox ingredi cœperunt: examinibus variis, apum more, in terras circumquaque idoneas dilapsi. Hanc vero septentrionis jam olim indolem fuisse ne quis dubitet, en! *Plinium* & post illum *P. Varnefridum* testes, qui hujusce plagæ in aprico situm, felicem temperiem, omnisque noxii afflatus ignorantiam causam esse affirmant, cur tantæ populorum multitudines arctoo sub axe orientur (c): quibus sustinendis cum ille neque sufficeret, olim tantis atque tam diversis egressi sint agminibus, quæ partes

---

(c) Septentrioni proximam Moschovæ plagam, licet montibus paludibusque prope impervia sit, cultu agrorum & commerciorum tamen frequentiore esse, omnium in confesso est. Cujusce rei causam, qui inde nuper rediere nostrates, ipsi neque aliam

tes *Asia*, maxime vero *Europa* viciniam circumquaque affli-  
xerunt.

§. IV.

**Q**Vod de *Germania* finibus non iisdem, qui populi, persona-  
tus ille de *Monzambano Severinus* ait: idem de *Scandia* *Scandianisque* dicendum, nempe populorum intuitu  
nunc latius se extendere, nunc arctioribus iterum re-  
pagulis concludi. Qui enim arctiores limites statuunt  
peninsulæ hujus, ad eandem pertinere volunt *Sveciam*  
modo latissime sumtam, *Norvegiam* & quas sinus alluit  
*Finnicus*, contiguas regiones. Qui vero *Scandia* pomeria  
latius extendunt, regionibus modo allatis *Daniam* super-  
addunt, quemadmodum cernimus a *Pufendorfio* factum [a]  
Quam late autem *Scandiani* per orbem arctoum diffusi sint,  
*Loccenio* vix alius quisquam accuratius expressit [e]: va-  
riorum scriptorum fide asserens *Scandiam* sub se *Scaniam*,  
*Gothiam*, *Norvegiam*, *Finlandiam*, *Lapponiam* insulasque ad le-  
ptentrionem sitas *Grælandiam*, *Islandiam* & *Orcades* olim  
comprehendisse. Quin & plures regiones continuisse ip-  
se autumat terram illam, quæ *vagina gentium* fuit appel-  
lata, & quæ *Plinio* [forte quod ignotæ ipsi magnitudinis  
esset] alter orbis vocatur.

§. V.

---

agnoscunt quam cæli & soli habitum ad oppositam regni pla-  
gam multo diversissimum, ejusque ad progignenda fulgura &  
terra motus & ceteras salubritati noxias tempestates, omnige-  
nam pronitatem.

[a] Einleit. zu der hist. von dem Königr. Swed. §. 6. conf.  
*Ad. Brem. Chorogr. Scand. edit. a Peringskj.*

(e) *Antiquit. Svecogoth. lib. 1. Cap. 1.*

Interim licet magna olim gentis linguæque cognatio, situs propinquitas & sæpe identitas *Scandia* fuerit cum magna *Suebia*, *Swethiod* hinc *myella*: minus accurate tamen multis egisse censentur, qui utramque confundant. Prior denominatio plagæ borealis exteris scriptoribus *Græcis* & *Latinis* videtur usitata magis; quippe quo nomine illis indigetur omnis terra ad septentrionem sita, sed quæ patentibus *Scytharum* campis multo angustior sit. *Adamo Bremensi* certe *Nordmannia* sæpe dicitur: quæ cum *Græcorum* frequens appellatio illa terra *hyperboreorum* proxime coincidere videtur: per famam forte ad ipsos delata significatione *is Nordurbalfunar - Heimfins* & *Nordurlond*, prout ipsi *Scandiani* veteres septentrionalem hanc plagam appellaverunt (f). Posterior autem denominatio debetur Historicis indigenis, iisque vetustatis fide & auctoritate probe munitis. Ita enim *Sturloniædes* (g) Enn novathan at swarta hase gengue *Swithiod* hinc *myella* ethur hinc *kalda*: h. e. Parte maris nigri, quæ boream spectat, situm est magnum illud & frigoribus obnoxium *Spionia* regnum: illud quod *Ovim* seu potius *Osheim* *Jornandes* in *Geticis* exprimit, scilicet regionem altiorem nec non frugibus atque campis latiore. Alius igitur significationis *Suiariki* & *Sviaveldi* esse, quam *Svitbiorb* & *Svealand*, præter alia veterum monumenta, Leges etiam patriæ his verbis de-

---

[f] *Bicerner Gotunheimia* p. 46. distingui ceu totum a parte vult hæc utraque nomina *Nordurbalfunar* & *Nordurlond*. Nobis ne neglexisse videamur, eandem distinctionem, in præsentia saltem adauxisse sufficit [g] *Hif. Ungl.* p. 1.

clarant: Sveriges rike är af hedna werld sammankommit af Swealand och Gøtha. *Sveonia regnum ab ultima profana religionis memoria, coaluit ex Swonia & Gothia regionibus* [b]. Ut taceam, quod in *Vilkina saga* verbis neque obscuris Svithiod a Sveaveldi invicem discernantur [c]. De Svethia magna ejusque appellationis causa & origine sequenti paragrapho plura dicturi sumus.

§. VI.

**S**olennis illa gentium, quam antiquitates nostræ commemorant, in Scandiam immigratio aut si mavis remigratio secundum Messenium [k] Verelium [l] & Arngrimum [m] facta cenletur anno ante Christi natalem XXIV. circiter, quando Othinus a *Pompejo* viribus Romanorum subnixo, pulsus ex *Asa* minore pristinae ibidem sedi suæ renunciavit. Sed accessisse eum mox in *Sveoniam*, statui non potest: quum primum *Gardarum* regnum h. e. *Russiam*, inde occiduas *Saxonum* terras, *Cimbriam*, *Fioniam* postea, totamque *Daniam*, sedem ibi aliquandiu figendo, pertransierit [n] & quocunqve pergeret, suorum ex *Græcia* majorum ritibus omnia repleverit. Inde pacto cum *Gylphone* tunc temporis rege *Svecorum*, sædere, in boreales hæc terras cum comitibus itineris immigravit demum. Constituta vero heic sede, novoque quasi imperio condito, sua sub ditione comprehendit, uti antea dictum fuit, totam illam orbis partem, quæ a *Ponto Euxino* ad *ultimam Thulen* usque, immenso spatio se ex-

porri-

---

[b] R. B. L. L. cap, 1. [i] p. 76. [k] *Scand. Illustr. T. 1. p. 6.*  
 [l] in notis ad *Herv. S. p. 38. & 48.* [m] in *Crymog. lib. 1. c. 4. p. 30.* [n] *conf. Mess. Scand. Illustr. XV. p. 3.*

porrigit & ex illius nomine *Svitburs aud* seu *Svitbiod* hinc myſſa in poſteritate cognomen traxit. Videturque ex hoc tam late patenti *Sveonum* dominatione, non immerito concluſiſſe *Martinus* in *Chronol. Norv.* [o], quod ad *Specos* non ſolum *Spevia* ſeu *Sveonia* inſula; ſed & *Germania* magna pars, *Polonia* & *Moschovia* uſque ad paludem *Motim* pertineat. Monſtratque ex *Michovio Cel. Rudbeckius* univerſum terræ tractum, qui priſcis *Sarmatia* & *Aſia Sicythica* appellatus fuerat, fuiſſe *Gothici* imperii & poſſeſſionis, donec a *Tartaris* omnes, quæ ad ſocietatem & religionem *Odini* pertinuiſſent *Gothorum* reliquiæ, tandem circa annum *Chriſti* 1200. modo ſubjicerentur modo exterminarentur [p] Cum *Rudbeckio* paria facit diligentiffimus noſtri avi antiquarius, idemque regni noſtri hiſtorogra-  
phus *Dn. Vilde*, qui locum apprime memorabilem *Stur ei* adducit [q] de *Suechia magna* multis linguis & variis gentibus frequenti; quas inter *Hunalandia* ſuppolaris Martiam ſobolem puta *Hunorum*, quæ ante *ſclavos Ruſſiam* incolebat, referendam eſſe, tanto minus dubium, quanto magis certum eſt *ſclavos* eodem prope tempore immiſſe in *Scyrbiam*, quo eandem ſuo diſceſſu in *Hungariam* & ulteriora evacuaverant *Hunni* (r) ob cognationem cum

Go-

---

[o] p. 1. conf. *Ungl. Soc.* 1. [p] *Tom. III. p. 185.* [q] *Il. 31. 9. p. 142.* [r] *Scurtzfl. Diſſ. 20. 12. Vilde 31. 6. His gemina ſunt, quæ leguntur apud auctorem nuperam tractatus, qui inſcribitur Das veränderte Ruſſlandt p. 340. die alten zeiten vor und nach Chriſti geburth ſind zwar dunckel, und ihre geſchichte nicht umſtändlich gnug beſchrieben, doch kan aus alten glaubwürdigen ſchriſten daraethan werden, das in denen erwehnten ubrigen alten zeiten dieſe ſtreitige gegend und noch ein ſtreich weiter*



9  
*Gotbis* arctissimam, bellorumque cum illis, sub iisdem signis gestorum. societatem, *Gotbunni* quoque exteris scriptoribus appellati. *Hunnos* vero *Gotbosque Scythas & Scandiae* aborigines cluere: Iterum *Venedos* aut si mavis *Scyavos*, advenas in illorum sedes translatos esse *Seburtzfeischius* in *Slaviciis & Hungaricis*, & ante eundem multis seculis *Saxo* non diffitentur (s).

§. VII.

**H**Oc tam late patens imperium *Odinus* (quod nomen *Encwaldum* h. e. *Numam* leu supremum in sacris & civilibus monarcham significat (r) inter filios suos post

B

n<sup>o</sup>o-

---

in *Rusland* hinein, wie auch sonst in *Preußen*, *Eurland*, *Liefland* und *Estland* unter *Swedischer* Schatzung und bothsmäßigkeit gestanden, und daß Könige in *Sweden* gewesen, deren Söhne in *Rusland* geherschet, wodurch denn ein großer theil hiervon denen *Swedischen* Fürsten unterthan worden, welche nachdem die zwietracht unter ihnen und denen *Sweden* eingeschlichen, sich der *Russen* und andere völker in ihren Feldzügen bedienet, wie denn auch einige Schaaren der *Sweden* und *Goten* mit ihren obstiegender waffen durch dieses weitläufige land bis nach *Uzoff* gedrungen, allwo sie sich niedergelassen, und eine lange zeit gewohnet haben, dergestalt sind die *Russen* in gehorsam gehalten durch den beystand so die *Gotische* Fürsten an der *Ost-See* von einer, und an der *Schwarzen See* von der andern seite, sich einander geleistet, und erhellet hieraus zur gnüge, daß die *Russen* zu der zeit der streitigen gegend nicht Meister gespieler,

[s] *Stralenberg* hist. p. 192. not.

[r] *Brennet de Origin. Armenor.*

modum distribuit; ita tamen ut sibi ipsi, qui prora erat & puppis vastissimæ molis navigii hujus politici, ista in natos suos indulgentia, non fraudi cederet aut nocumento. Hinc factum, ut tributi genus, *Gothice Skattpenning* a singulis subditis, historia id testante (rr) auctori tanti imperii, quamdiu in vivis esset, solutum fuerit. Ex illa vero fiduciaria imperii divisione, geminum mox regnum emerfit. Alterum *Sveogothicum* (Mannahem) seu *Svethie* proprie sic dictæ, quod insuper *Nordagicum* & *Danicum* quoque complectebatur. *Holmgardium* alterum (Gardarike, Holmgard) quod necessitudinis, commerciorum & clientelari jure *Svethico imperio* multis post seculis obnoxium fuit. Erat autem illud in intimo utriusque cum *Bothnici* tum quoque *Fennici* maris recessu conditum conservatumque a *Svecorum* regibus, qui regulos ibi fiduciarios sui sanguinis constituerant ad arcendas a mari *Baltico*, ceterisque *Svecie* oris, nullo non tempore isto, metuendas incursiones (u). Ex filiis autem *Odini*, quibus

---

(rr) *Yngl. S. t. VIII. Hinc quoque Svethiæ Rex acinceps appellatus est Skattkonung (Olaus Skottkonung vulgo ita dictus an non ex hac prerogativa regis Sveonici, Skattkonung ipsum semet dixerit & scripserit, in illius regis indolem & rationem status, penitus introspectanti decernendum relinquo) aut Öfverkonung & qui huic parvere populi nomina habuere subjectionem indicantia, vid Sturl, S. cap. 28.*

(u) *vid. Örnhielm. hist Eccl. IV. §. 1. adde auctorem modo citatum historie Moschovit. p. 341. man liest zwar in der historie das die Swedische Könige sich in ihren Kriegen der Russen Curländer und Letten wieder Dänner arch und die Ostliche Fürsten sich gleichfalls derselben nachdem zustande*

bus singulis imperii sui gubernacula parens obtulit, *Boo*  
*Russia* aut si maluerimus *Risalandia* Regem facit *Messenius*  
 (\*) *Sigurlamus* vero in imperio hoc *Holmgardico* potitus le-  
 gitur in *Hervara* S. (v) *Odin* atti marga *Sonn* urdur theie  
 aller mickler menn oc riker. Eirn hans *Sonn* hiet *Sigur-*  
*lami*, honom feck *Odin* *Gardarike*, giordest han thet *Höf-*  
*dinge* yfer, h. e. *Odinus* Pater existebat plurium filiorum, qui  
 singuli insigni gloria virtutisque fama inclaruere, Horum uni  
*Sigurlami* nomine *Gardariciam* concessit, eumque ibidem prae-  
 fetum fecit. De horum in *Holmgaraia* cum imperio suc-  
 cessoribus, quorum non omnis in annalibus memoria  
 interiit, aptior erit in sequentibus differendi locus.

## S. VIII.

I nterim cum *Russia*, in qua, Historicorum non pauco-  
 rum suffragio, *Varegorum* Dynastia principum hodie  
 quoque floret, variis sit in chronicis nominibus insigni-  
 ta, e re nostra erit quodammodo eadem neque sicco  
 pede praeterire, ut ex istis itemque mutuis commerci-

B 2

is

der sachen wieder *Sweden* bedienet haben, doch können bey  
 so bewandten umständen die *Russen* als unterthanen, nicht  
 aber als herrn in dieser gegend angesehen werden, und sol-  
 ches nun destomehr, weil die *Swedische* Fursten damahlen  
 an ihren dieser Seite der ostsee aufgerichteten Sitz noch  
 beständig inne gehabt und solches regiment in der alten  
 lands sprache unter dem nahmen *Hollugorda Ryke*, einen lan-  
 ge zeit bekant gewesen, auch sich über *Estlandt* *Ingerman-*  
*landt* und *Carelen* und noch weiter in *Rußlandt* hinein  
 ausgebreitet, das also diese länder damahlen nur *Sweden*  
 allein unterworffen gewesen.

(\*) *Scand. Illustr* I. 5. XV. 31. (v) cap. II. p. 37.

is vitæ civilis, quæ cum *Scandianis* pridem intercessere *Ruthenis*, de patria & sede *Varegorum* tanto certiores evadere queamus. Apud exteros Scriptores *Syrbia* primum & antiquissimum nomen occurrit: quod, quemadmodum ipsi homines, Nomadicum erat. h. e. vagum & plurium regionum. *Sarmatia* inde quoque occurrit, quam, post gentis utriusque factam commixtionem aut saltem hujus in illius sedes immigrationem, *Syrbie* instar, in *Europæam* & *Asiaticam* jam olim distinctam novimus. Ad priorem *Poloni* & *Russi*, in ceteris gentibus, tum hodierni tum præsertim antiquiores pertinent. *Græcia* mediæ ævi scriptoribus, imprimis vero *Stondicis* notissimum nomen est: non solum quod incolæ ritus sacrorum *Ecclesie Græcæ* tum temporis sequi cœperint: sed imprimis quod istis, puta *Scandianis* in avitas *Græciæ* sedes ultro citroque commeantibus, hæc consanguineæ gentis regio contermina primum peragranda occurreret (w). Quo factum ut quemadmodum *Jonia Græcorum* in *Asia* colonia, unde *Odinus* ad ulteriora perrexit, ceterarum quæque versum more coloniarum, *Græciæ* nomine sæpe insignitur: Ita earum, quotquot in aquilonem deflexerint, ejusdem honore nominis crebro venire soleant. Apud alios inde quoque *Gothico* vocabulo (x) aut si mavis *Græco*, *Dromita*,  
ab

(w) vid. Salan. not. ad histor. Asmundi & Eigilli. p. 154.

[x] *Droma* tarde progredi & lente moveri Gothis significat. *Dromund* & *Drom* [ de quo vocabulo in ind. Scand. p. 53. Verelius ] non navem onerariam lente incedentem modo in promm, sed hominem quoque tardigradum & seræ expectationis hodie significat. *Droma* nomen compedes sonat, quod impedimento sint hominibus, quo minus ex uno loco in alium celeriter moveri queant.

ab indigents vero *Hunni*, ab *hinnna* *studiose* *investigando* *assequi* olim vocati *Russi*, quod equitatu modo valerent, modo etiam pernecitate tanta pedum essent, cum postularet necessitas, ut hostem nullo negotio & fugerent & assequerentur. Quin factum inde quoque ut patria eorum *Norvagia* regio illa, unde primum *Hunni* egressi fuere, *Hunalandia* a veteribus dicta fuerit [y]: *Cbunigardia* vero vicinia illa, in qua, motis sedibus avitis, primum substiterint. *Spori* aliis iterum dicuntur, quasi gens olim non iisdem sed diversis regionibus sparsim habitans. *Nordmanni* ex positione loci, quasi aequilonares homines, uni *Luisprando* appellantur, id quod ab Historico perperam factum putat *Schætzgenius*, cum ex oriente venerint. Sed cujus antiquam fidem tamen sollicitare nequaquam opus habuisset Vir clarissimus, si itineris filum, quo in *Scandiam* primum, & distributo inibi imperio, in *Gardarikiam* sedes suas transtulit hæc ex *Asia* *Græcorum* colonia, accurate magis respicere voluisset. adeo ut quemadmodum *Saracenum* colluvies illa, quæ *Gothos* *Hispania* eiegit, istud ex *Mauritania* *Africa*, *Maurorum* nomen; ita quoque hanc coloniam *Asiaticam*, *Normannorum* nomen ex illa, unde proxime descenderit, vicina gente non immerito tulisse dixerimus. *Ostrogardia* ut & *Gardarikia* [*Gardavälai*] nominibus mere *Gorbicis*, a *Scandianis* regibus olim donis hanc terram quoque nuncupatam: nostramque *Finlandiam* ejusdem nominis ambitu non ita multo ante comprehensam fuisse, ex annalibus passim constat [z] Neque ignoravit

---

[y] *Salani Asm. & Eig. hist. not. p. 88. seqq.* [z] *Conf. Fin. Chron. ed: Nettelb. B. S. I. p. 97. Rudbeck. tab. Geograph. Ostrogardix. ad: Fragmentum histor. Ol. Tryggonidis a Verelio editum p. 15.*

ravit *Job. Basilides Moschorum Tyrannus* in literis ad *Johannem Suetthia Regem*, ubi *Jaroslaum* ex antecessoribus suis *Russie* seu *Ostrogardia Regem* [ generum *O. Skotkonungii Suetthie Regis* ] *Novogardia Finlandieque præfuisse* urget [ *a* ]. Fuerunt autem nomina ista terræ imposita, non, ut *Schatgenius* conjicit, quod septentrione hoc nostro urbibus magis dives exstiterit, sed quod eadem ad orientem objecta, sedes fuerit magnorum Principum *Suetthie Gardianorum* sive *Marchionum* h. e. limitum custodum; qui quemadmodum ipsis Regibus sanguine conjunctissimi, ita imperio eorum quoque bona fide obnoxii fuerunt. Plura nomina *Russie* quisquis desideraverit *Schatgenium* modo laudatum adeat. Nobis impræsentiarum potiora saltem adhibuisse sufficiat, quæ inter familiam ducere censendum *Holmgardicum Holmgard*, ita dictum, vel quod in utriusque maris *Botnici* atque *Fennici* recessibus intimis olim situm fuerit; Vel ab urbe principalis sedis & plane ejusdem nominis, quam, mutatis paganismi sacris, *S. Nicolao* primum & demum haud ita pridem *Archangelo Michæli* nova superstitio consecravit. *Holm* autem *Gotbis* insula est, & *gard*, a *gârda*, urbem probe munitam denotat, eandemque omnibus non facile obviâ. Hoc nomine vero, quamvis non amplius sedes ipsa vetus imperii insigniatur, quippe cujus multo ante tecta sedesque convulsa: ex *Strahlenbergio* aliisque [ *b* ] tamen non difficulter cognoscere licebit, quod insignis circa *Dvinam* sive *Biarma* sive *Parmia* fluvium, nostris olim forte *Wina* æn, tractus

---

[ *a* ] *item* *Loceen. H. Svec. p. m. 383.* [ *b* ] *Stralensb. p. 192. Tegm. Dissert. de navig. in Album mare p. 16.*

Etus adhuc vocetur *Colmgord & Cholmgardia* Russis, quibus lingvæ asperioris idiotismo eodemque jam olim noto, per prosthesisin, *Chunnigardia*, pro *Hunnigardia*, *Chunni* pro *Hunni* & denique *Cholmgardia* pro *Holmgardia* quemadmodum *Chasgar* pro *Asgard*, exprimitur. Deum *Gothis* *Osterlând* quoque vocata, *Ustergard & Usternwâg*, incolæque *Usternwâgs* mân appellati fuere, idque tum respectu borealium harum terrarum, tum quia *Usternwâg* dictum olim ipsum *Balticum mare*, a quo hodie auicitur *Russa*. Quoties igitur majores nostri in orientales hasce terras iter instituerent, toties se wille autur fara dixerunt. Hinc *Osterrike Osterland Morgonland* [ quo nomine ea, quæ in ora *Fenningiæ* pridem subsedit insularis *Svecorum* colonia *Rimitâensem* maritimum tractum insignivit, posteritasque hodie quoque nuncupare sœvit ] sapiuscule audit in historia rerum *Norvegicarum* tota illa terra, quæ huic imperio subjecta fuit [ c ] Quemadmodum in literis *Ludovici P.* imperatoris, quibus potestas datur *Ansgario* Christianæ religionis apud gentes septentrionales prædicandæ, *Osterland* dicitur *Finnlândia & Holmgardicum* hoc imperium [ a ]. Recte igitur *Jornanaes* gentem *Esibiorum* *Finnica* lingua expressisse censendus est, cum eosdem *Itemestos* appellat ab *Ite* oriens & *mes*: vel ut *Esbis* pronunciatur *mes* vir. *Itemes* igitur *Finnicum* idem quod apud *Svetbos* *Ostman* sive *Osternlânning* homo versus orientem habitans & *Itemestenma* *Svetbice* *Eistmano* *naland* i. e. *Orientalium* sive *Esibiorum* terra. Quod *Pontus Euxinus* antiquitus perinde atque *Balticum* mare *Usternhaf*

a *Scou-*

---

[ c ] S. 62. [ a ] vid. *Spegels bewis til Nyrckiohistorien* p. 3. & 5.

a *Scandis* nomenclatoribus dictus fuerit, non nunc moveo, *Russia* demum vocata, temporibus, sequentibus vastissima orbis regio isthæc, vel a *Gothico* *Ros*, quod eguitatu valerent incolæ illius, vel potius ab antiquo nomine fluvii, qui in *Ilmen* lacum se exonerat *Rusa* vel *Russeau*: ad cuius ripam, qui regionem primi ex *Slavis* ingressi fuissent, consedisse censentur. A *Russis* seu *Russicis* uti *Polonicis* scriptoribus vocantur, *Borussi* illi mox sati fuerunt, qui ad oram maris *Baltici* sedem fixerunt, addita particula *Slavonica* *Po*, quæ juxta vel prope denotat; ut *Potabi*, qui juxta *Labam* fluvium h. e. *Albim* habitaverunt: *Pomortzi* qui ad mare sedes suas collocarant *Pomerani*. Tandem ex fluvio & arce *Mosqua* *Moscerum* & *Moschovitarum* nomen increbrescere cœpit; ita tamen ut indigenæ *Rusorum* nomen pariter etiamnum retineant, & recentiore isto penes se libenter magis agnoscant. Complectebatur autem hæc pars vastissima *Europa*, tot tantorumque claritate nominum celebris, ambitu suo omnem orientem versus *Scandiam* maritimam & insularem, quæ ab *hafsbotn* ad *Vistulam* usque se extendebat. *Finlandiam* frugalem patriam nostram, antequam *Erici IX.* seu *Sancti* auspicio regis, ditioris *Svehica* evaderet, ad *Holmgardiam* seu *Gardarikiam* pertinuisse modo diximus. Idemque non obscure indigitat titulus & insigne *Magni Ducatus*, quod cum *Russicis*, itemque *Lithuanie*, ceterarumque gentium *Sarmaticarum* principatibus, commune gerit [\*] Antequam vero ad ulteriorem nos accingimus historiæ *Holmgardicæ* brevem delineationem, in

an-

---

[\*] *Greifencrantzius* in oratione *Svecanæ* militiæ laudibus consecrata, *Finlandiam* *Svehica* cessisse, illius victo casu, Principe magno perhibet.



anteceſſum neque prætermittendum duximus, quod in Germanis nuper prodierint duo Viri Clariffimi, qui origines & res geſtas *Ruthenicæ* memoriæ mandarunt: præter antea citatum anonymum, *Treuverus* ſcilicet atque *Schægenius*; quorum ille ſeculorum proximorum memorabilia tantum excutit, hic in antiquiſſimorum temporum conditionem & res geſtas ſuam inprimis limam intendit. Noſtrum erit hiftoriam ævi intermedii potiſſimum attingere, & quæ ad illius illuminationem quocunq; modo pertinere videri poſſunt, ex annalibus modo *Sveogothicis* [vicinæ & conſanguinæ gentis] modo propriis & domeſticis, quantumq; fieri poterit brevitate, conſiderare, eo præcipue fine, ut unde venerint *Varegi* & quibus initiis ceu ſeminibus in tanta incrementa & denique robur felicitatis aſſurgere potuerit, quod ibi hodie floret, imperium, clarius innotefcat. De benevolo Lectore ejuſque ad excuſandum noſtrum juvenile licet, non tamen adſurdum reverentiæ genus, æqua iudicii pronitate ſecuri, præſertim ſi quam juveni plena diſcriminis res ſit *Λεωφόρος ἢ Βαδίζου ἰδιώτης*: quam operoſum obſcuris & prope ſæſtuditatis gratiam dare, ſuo ſub exemplo ipſe aliquando periclitatus fuerit.

§. IX.

**D**E nomine ſituque *Holmgardia* dictum modo fuit, itemque quomodo, poſtquam *Odinus* imperium ſuum inter filios diſtribuiſſet, regnum *Gardarikiæ* ſeu *Holmgardicum* multis inde ſeculis *Svebico* imperio obnoxium fuerit [e] Erat autem fiduciariorum principum regni hu-

C

jus

---

[e] De antiquo *Svecorum* jure in has provincias, conferantur *Chron. Slav.* p. 266, 267. *Reuterf. de reò. Moscov. cap. IV. p.*

jus præcipuum munus terra mariqve transitum in Scandi-  
 am intercludere gentibus alienigenis, præcipue vero *Sclavis*  
 atqve *Venedis*, diluvii instar in vicinas regiones sese  
 infundentibus. Imposuerat illis jugum suum multo an-  
 te potentia *Scythica*, ita ut eorum auxilia quoqve adhi-  
 berent non raro stirpis *Othiniana Gardiani* nostri contra pe-  
 regrinos & *Astarios* præsertim hostes. Sed quid accidit?  
 Cum ad roborum horum ut & cæterarum gentium suos  
 lacertos adolevisse viderent *Sclavi*, de excutiendo cervi-  
 cibus suis jugo alieno, suaqve, sine lege, dominatione aliis  
 gentibus imponenda consilia mutuo illi quoq; mox ingredi  
 cœperunt. Quin cum commissa ancipiti alexæ consulta eo-  
 rum prospere cederent, factum demum, ut discusso pau-  
 latim imperio a *Scythis* imposito, latius inclarescere inci-  
 perent, infestando occupandoqve terras circumquaque  
 vicinas. Huic generis humani noxæ, ne situm trans ma-  
 re arctoum orbem facile corripere, saltem commerci-  
 orum cum *Holmgardicis* [*Holmgards Kaupmanna* [f]] soci-  
 etatem interverteret; tempestive eidem occurrendum ra-  
 ti jam olim *Suethia* Principes, crebra ad *Holmgardicos*  
 suos auxilia miserunt. Eo vero, sicut non ipsis sibi so-  
 lum suæqve regioni [ *till landgiömu sini*] circumposuerunt  
 præsidia adversus subita mala, sed & suis custodibus se-  
 curi-

---

19. seqq. Messen. Scand. Ill. passim. Item Dissert. Upsal. de in-  
 crementis regni Svedici p. 47. seqq.

[f] Ol. Benzel. Diss. de Sveon. Commerciis. Quo cum conferen-  
 dus Vir de memorabilibus *Sictoniæ* veteris atque novæ præclare me-  
 ritus Dn. Doct. G. Wallin, de mercatoribus *Moschoviticis* p. 225.  
 perhibens, quod in illa urbe, publica, in ade S. Nicolai, religionis  
 exercitia, suo ritu, olim celebraverint.

curitatem præstitere, si quæ iisdem vis repentina a vicinarum gentium irruptionibus immineret: Ita accidit auspiciato saepe etiam, ut intentatam vim hi a se & foederata gente mutuo depellerent: hostes suos *Venedos* iterum iterumque *Gothorum* imperium exosculari, imo *Gothis* in occupanda *Italia* socios se quoque præbere compellerent: quemadmodum sub eodem nomine ipsos semet latuisse, profectos saepe fuisse *Venedos* P. *Jovius* aperte testatur (g). Quin alia neque ex causa factum existimamus, ut *Svethie* & *Daniæ* Principes *Vendorum* semet hodiernum reges scribant, quam illius veteris juris & domini intuitu, quod in *Venedos* tum *Sarmatiæ* veteris tum recentioris illius *Germania* *Sclavos*: *Vandalos*que exercuerint (b). Neque enim auxilia solum, verum etiam reges eodem e *Svechia* subinde missi fuerunt, principum domi regnantium consanguinei, armorum gloria clari, & de patria inprimis meriti. [i]

C 2

sed

[g] apud Herbersteinium p. 165. agnoscunt *Moschovitæ* *Gothicæ* gentis & *Totilæ* regis nomen clarum esse, inque eandem expeditionem (Italicam) coivisse plures gentes & ante alios *Moschovitas*; sed propterea omnes *Gothos* appellatos fuisse, quoniam *Gothi* qui *Scandinaviam* incolerent, auctores ejus expeditionis existissent.

[b] Ex *histor. Pragm. Nobil. Vildes* facile est colligere eundem titulum, utriusque regi usurparum inter prætensiones illustres referendum esse; meliori tamen jure *Reges Sveciæ* *Vendorum* *Reges* semet, quam *Daniæ* se *Gothorum* appellare.

[i] Hunc morem constituendi *Duces* & *Comites* limitaneos, quemadmodum in *Romano* imperio olim non neglectum testantur *historici*: ita apud ceteras gentes eundem quoque invaluisse legitimus, De *Germanis* habemus, quod *diversarum provinciarum*

sed qui omnes dynasta Upsaliensi clientelari jure devincti erant, instar ceterorum intra Scandiam regulorum, qui Fylkis kongar, Håradskongar, Wikkongar, Nåskongar, Småkongar, & nescio quibus non aliis super aliis nominibus venire solebant [k]. Quemadmodum vero ipsa hæc ter-

ra

limitibus, quos Märcke adhuc vocant, præfecerint custodes, qui præfecti limitum primum, deinde Comites Marchæ, & æmum Marchiones, Margræwen, magis honorato nomine dicti fuerunt. Cum Germanico seu potius Gothico ejusdem originis esse Gallorum, Marquis nemo non videt. Multo ante vero, quam Marchiones imperii sui custodes præficerent Imperatores Germania, Scandia Varingorum & Gardingorum, h. e. Ducum limitaneorum [Gothice Landwårns mæn] Scaldi & cetera gentilitis ævi historie mentionem injiciunt. Imo fuisse veteres regni officiales hosce non finibus solum, sed & ipsis visceribus regni, ubi religio & imperium sedes suas haberent, identidem præpositos, quamdiu suis non remotiori loco claustris & repagulis civitas tegeretur, ecclesia Wachtthaldir prope Upsalam: item Wårdsby, Wårdsåttre & id genus alie locorum in vicinia appellationes etiamnum probant. quemadmodum illud in Uplandia sue T. I. p. 229. multis probat Peringsköldius.

[k] Non solum Russi sed & Tartari a Svethia reges subinde accepisse videntur: idque cujusdam Runici lapidis fide probatum eunt nonnulli. Tartarorum cum Scandianis veterem societatem probat morum, & lingua & religionis convenientia, de qua Busbeqvii in aulam Constantinopolitanam legati epistole legi merentur. Testantur illud idem tumuli sepulchrales per magnam Svethiam passim conspicui, de quibus Cl. Brenner histor. Armen. p. 105. Circa Tanaim, inquit, & Borysphenem sunt colles sepulchrales [åttbaålar], quales in Svethia habemus. & non

fa imo mare, quo alluitur [ / ] etiam variis nominibus olim inclaruit, uti ante vidimus: Ita regulis hisce vel a stirpe unde descenderent, vel hominum turba, quos sibi socios itineris, commilitonesque adscivissent, plerumque vero a novis civibus, in quibus regnarent, varia inde quoque imposita fuerunt appellationes: Gardafongar *Qus* *sternvags* *fongar*: Et cum esset prima sedes ipsorum in majoribus Venedici maris insulis, antequam continentis trans mare partes litorales cederent ditioni eorum; inde etiam *Holmgardafongar*, appellatione non minus usitata, crebro dicti fuerunt. [ m ] In illis vero claris nominibus horum regum, sicut gloriam antiquitatis, cum ceteris, eandem tuetur titulus & dynastia VAREGORUM, quorum in omne aevum virtus & regnandi prudentia enituit: ita ad eorum, ex instituto, origines investigandas tanto libentius nos convertimus, quanto ex illorum sanguine genus suum arcessere non inglorium judicaverint, qui multis post seculis regnarunt Magni *DUCES* & *IMPERATORES* Moschovitarum. Quia levem inde neque nostrae genti cumulum laudis accessurum speramus, si feliciter excussis hisce antiquitatis rudibus, quod de *Austriacis* & *Hispanicis* principibus dudum omnium in ore historicorum est, idem de hodierna Moschovitarum *IMPERATRICE AUGUSTA* nos evictum ire poterimus, e-

an-

---

*tantum ibi, seu etiam in provinciis circa Moschoviam proximis, atque abinde ad meridiem versus fere ubique, praesertim in locis natura & situ amenioribus.*

[ / ] Bromans *dissert. de mari Baltico.*

[ m ] *Hervara Saga cap. 13. O. Tryggv. f. cap. 88. Oernhielms hist. Eccl. IV. 2. 1.*

andem non incertæ *Sclavica* [ n ] sed plane *Gothica* originis [ o ] & sanguinis esse [ p ].

## CAP.

[ n ] Ex Vagria & quidem Obotritorum regulis, incredibili traditione, ad O. Augustum Rom. Imper. retro eundo, Megapolitanos Duces hodiernos itemque Russia Imperatores derivare aggressos fuisse H. Henningem, Chemnitium & Freder. Thomæ: illosque eo nomine in censuram suo merito incurrisse G. F. Stieberi, testatur dissertationis de *Varegia* sæpius laudate auctor pag. 5. Cum illo vero confer, si vis, thesaurum dissertationis hujus ultimam.

[ o ] Fateor admodum multos, etiam Moschoviticæ gentis ad Syethiæ regem GUSTAVUM MAGNUM Ablegatum, cum ex dignitate culminis Muschovitici esse contenderet [ *Videk ind. hist. belli S. M.* ] ex Syethia principem accipere, confessum fuisse una cum Theodoro, Johannis Basilidis II. filia extinctam penitus præscorum Magnorum Ducum familiam. Verum cum ex Chroniis tantum non omnibus, itemque genealogicis scriptoribus plus satis constet Theodori Cesaris ex Sorore nepotem imperio post avunculum admotum fuisse, ex quo holierna AUGUSTA ordine non interrupto descendit: profecto neque existimavim idoneam subesse rationem aliquam, cur non in Moschovia veterem dynastiam etiamnum durare dicamus: eodem modo, quo per feminini sanguinis sobolem masculinam in aliis imperiis familiam & dynastiam eandem, testimonio & suffragio eorum, quorum interest, vulgo continuari solere novimus.

[ p ] Obligavit fidem suam Cl. Rudbeckius in opere *Atlantico* sua diligentia effectum iri, ut ex Sveonibus deduceretur magnorum Moschovia Ducum prosapia. Quousque provexerit institutum illud felicitis mem. Senex, an vero interrupserit mors, ad immortalitatem operum, claris viris nunquam non immatura, ex

## CAPUT SECUNDUM.

ETYMOLOGICUM & HOMONYMO-  
LOGICUM.

## §. I.

Interim ad *ετυολογία* & vim vocis *Varegorum* considerandam devolvimur. Fateor uti sua non jucunditate, neque utilitate prorsus caret: ita multo difficillimam rem esse quoque originem nominum, quibus olim regiones atque oppida innotuere, veram & genuinam eruere. Docet enim experientia de vocabulis diversissimæ significationis, quod illorum in aliis atque aliis linguis affinitas, multis, cum nihil arguti esse voluerunt, crebro imposuerit, & ad ejusmodi opinionum præjudicia sæpe adduxerit, quæ sinceritatem historiæ omnem oppugnarent [a]. Quidquid sit

---

*hac regione nil dicendum habemus. Quid opinati sint de portentosis ingenii fœtibus illius, Keislerus, Dithmarus, alii, publica scripta illorum non simplici vice produunt. Quam vero præter meritum ista omnia, Clariss. Schœtgenius Dresdensis Lycei Ephorus in suis originibus Russicis, ingenue confessus est, cum fore tempora ait, quibus si non omnia, quæ vir laudatus protulit, multa certe placeant, quando migrationes gentium, solidiore studio, quam huc usque factum, examinabuntur.*

[a] *Conferri meretur in hanc rem Clariss. Bejerus in actis Petrop. litter. omnem de situ regionum atque gentium ex nominum similitudine conjecturam esse non raro vanissimam asserens, & cujusce in conjecturando levitatis exemplum nescio an promtum aliud, idemque familiare magis adduci possit, quam illius*

fit tamen, cum in antiquitates gentis alicujus, præsertim deficientibus justa historia & rerum actarum tabulis, penetrare proclive adeo non sit, nisi inter tenebras & infinita fere viarum divortia; lumen illud, tenue licet, quod ex nominis *Etymologia* desumitur, ceteris paribus, non omnino negligendum censuere ceterorum veri investigandi locorum excludendum existimaverimus, de qua re ad §. XIII. pluribus dicendum. Quantum vero in detegendis veris *Varegorum* originibus *Etymologia Vocis* aliorum ingeniosam solertiam defatigaverit; quænam circa eandem conjecturæ maxima sese probabilitate commendent, nostrum erit in sequentibus, dispicere & examinare. Invenimus nomine *Wargur* & *Warge*, in veteri lingua denotari omnis generis rapacia & noxia animalia, velut lupum, ursum, vulpem & accipitrem &c. indeque per metaphoram bello & *Marti* hoc nomen proprium factum fuisse, impositumque latronibus, hostibus & prædonibus: præcipue vero illis, qui eorum classibus cum imperio præessent [b]. Sicut in *Gretlunda Saga*: *Wargur dr kommen på Eina. Prædo ad insulam vastandam excursionem fecit* [c]. *Han var wargur i roem. In sacris latrocinia exercuit, legitur in Ol. Truggv. Saga* [d]. Et in *L.L. vetustis*: *Si fuerit Wargur i. e. latrociniiis assuetus* [e]. Hinc *Bråns*

---

*anonymi, qui ex Ruossi voce Moschovitica, ejusque cum Roslagia vocabuli quantulacunque convenientia literarum, reclamante omnino licet historia, Russorum in Svecia non desultoria sed continua & fixe dominationis sedes inde repetere atque investigare præsumit.* [b] *Loccen. Lex. jur. S. p. 91.* [c] *cap. 16.*

[d] *Cap. 16* [e] *in lege sal. tit. 57. §. 8. & lege rip. tit. 87. §. 5.* [f] *Morske A. Hagen Hagenß. histor. ed. Vorm. p. 683.*



Brännwargur, Wargbálgr [f] Giðrwargur, Skiadurwargur & Karnawargur nominibus [g] veteres dicebant homines turbulentos & maleficos proniscue, præcipue vero inuitos & exosos Ponti latrones. quo conuitio sicut *Sarmatae* nostrique majores *Scytha* circa *Pontum* vagabundi ab aliis appellati fuerunt: ita *Romanos* hi sua lingua quoque appellaverunt *Romwargar*, illos puta, qui *Asiaticas* gentes, in ceteris *Othinianas* Ponti sedes bello, nulla de iusta causa, sed sola gloriae opumve auiditate sollicitaverant [b]. Reperiturque hoc vocabulum, in ceteris plurimis commotionis & imperii in *Italia*, *Gothici* testibus, apud *Sidonium Apollinarem* quoque, qui: *Unam* inquit *faminam* forte *Varegorum* [ hoc enim nomine indigenæ latrunculos nuncupant ] *superuentus* abstraxerat [ i ]. *Vargas* inde *Hispanico* idiomate [ quod itidem multa adhuc linguæ *Gothicæ* vocabula retinet ] hominem ferum & agrestem denotat; certissimo indicio, ævo illo, quo *Hispaniam* obtinuerunt *Gothi*, bellatores & prædones apud ipsos hoc nomine appellatos fuisse. Certe *Johannes Vargas* ille Ducis *Albani* in *Belgio* crudelitatis minister nomine & omine isthoc plus satis notus est. Nostra memoria neque re neque usu adhuc proverbium exolevit: *Han löper warg*: de ejusmodi *lycanthropis* & vagabundis: *Rosgripur*, *Þorshundar* sive *wargar* usurpari solitum, qui cum pabulo larem alienum,

D

eum-

---

[ g ] *Originem vocis Karnawargur optime indicat Verelius, cum Karen inquit esse fungum vel spongiam adnascentem betule, unde igniarium, fomes & suscitabulum fit; Dalico vocatur Ticks. inde Karnawargur incendiarius & pirata perditissimus, mors brännare vid. Loccen. Lexicon p. 91. seqq. [ b ] Verel. Herv. ex Langf. p. 5. m. col. 2. [ i ] lib. VI. Epist. 4.*

eumque incertum sectari solent, sine non alio plerumque, quam ut malas undecumque rapinas, easdemque quam pro naturæ usu, majores secum absportent. Lífse wargarne, hwiífkas frátande tand mer ihjelbiter án deras sugande tarm fan fördraga; uti in præclaro opere politico-Christiano suo *Jfogaus* loquitur. [m] atque inde quoque est, quod de lupiformibus hominibus referentes scriptores nostri, juxta narrent eos in silvis & rupibus latibula habuisse, omnigena instructa præda. *I Fyrnskone matte heira thar sem optsamlega kunni gerast, at marger men hamskiptauft oc urdu vargar oc biuggu i morkom oc i skogum, oc thar asto bus oc rik hibili. h. e. olim id sapius evenisse, quod in lupos conversi plurimi in densis silvis habitarent & domos locupletesque casas ibi tenerent, omnium ore tanquam possibile ferebatur* [n]. A Gothico vero *Varg*, dialecto & exigua saltem literarum transpositione differt Germanicum vetus *Garw* & *Agarw*, quæ vocabula prædonem item significare *Strahlenbergius* observavit, ejusdemque eum *warg* originis & significationis esse [o].

## § II.

[m] *Carla Segerstiölds p. 935.*

[n] *vid. Bistlavetz liod in liodabol cap. I. citat. Salan. in notis ad Asm. & Eigilli hist. p. 107.*

[o] *Hist. Geograph. p. 193. Quum nihil frequentius sit, quam unum idemque vocabulum plures habere posse easdemque congruas & cognatas originationes, dissimulandum neque, quod claris viris multis, a vocabulo Fennico *Wartia* & Svethico *ward* [unde Gallorum & Italarum *Guardingi*, nostris *Varingi*, *Waringar* corporis custodes] *Varegorum* nomen derivatum videatur. nempe quod *Varegi* h. e. *Reges isti Holmgardici aduersus barbarorum, præcipue Ruthenorum in Svethiam irruptio-**

## S. II.

**D**E *Fennorum* vocabulo *Varas* idem omnino dicendum, quod *prædonem* & *furem* denotet: in plurali *Varas* cat, seu ut *Esthones* pronunciant *Wargat*, fures appellentur; hincque *Wargameri* h. e. *prædonum mare*. quod proxime accedit ad *Waretzkoï more*: quo nomine *Moschovitis* venire *sinum Fennicum* ex sequentibus patescet. Illud vero *Varas*, *Wargat* utrum usu saltem, an vero origine quoque *Fennicum* sit, & non potius *Gothicum*, adeoque post frequentari coeptas in orientem expeditiones piraticas *Scandinavorum*, sicut alia multa *Gothica*, inprimis postquam in unam rempublicam utraque gens coaluit, *Fennica* civitatis factum sit, sagacioribus dispiciendum relinquo. Illud Viro Ampliff. Dn. *Biærnero* in *Jotunheimia* teste, manifestum est, *Finnicam* quisquis cum *Gothica* lingua contulerit, qua tertiam partem conspirantes habiturum voces; imo tales e *Svedisa* lingua arcessitas, quibus minime in quotidianum & maxime necessarium usum *Fenni* carere possint. Quidquid sit, merue-

D 2

runt

nes piraticas, litoribus ab oriente transmarinis, publici custodes exstiterint. Verum quum non *Varti*, *Vardi* aut *Vareni*, sed *Vargi* & *Varegi* dicti fuerint; multoque ante *Scandia* bellatores strenui, *Wargur* ita dicti, celebres fuere, quam *Holmgardica* illa fiduciariorum Regum dynastia inciperet: Utrisque vero recentior sit *Vringorum*, aule *Constantinopolitanæ* præsidiorum e *Scandia* militum memoria: hinc quoque futurum speramus, ut ceteris paribus, illa se non minori verisimilitudine conjectura commendet, quæ veteris avi strenue rapacem vivendi rationem, cum illis, quorum intererat, constituendi sibi novam dynastiam *Varegorum*, cum quoque etymologia vocabulo occasionem jam olim dedisse contendat.

runt latrociniis suis passim & ubiqve exercitis majores nostri, ut quod elogium *Legatus Scytharum Alexandro* tribuit, idem a populis, quorum illi terras infestarunt, quoque retulerint, nempe ut *Vargi* h. e. *Læsbero* interprete, latrociniis infames vulgo denominati sint. Putat egregiæ dissertationis de *Varegia* nuperimus auctor a *Fennica* voce *Wori* vel ut *Lappones* pronunciant *Wari*, monte commodius derivari posse *Varegorum* nomen, quod sit *Ingermannia* [ imperii olim sedes ] plana & æqua, contra vero littus *Suecicum Fennico* oppositum sinui, una cum ipsa regione, scopulosum & montibus frequens: unde *Varegi* i. e. *Bergbuar* & *monticola* per convitium vocati fuerint. Verum quo minus illi neq; statim conjecturæ concesserimus, obstat non solum, quod in illa gentilitatis barbara vivendi ratione, *Nisars* & *Bergbuars* i. e. *monticolarum* nomine, veteribus veniant *semidæmones Bergtroll*, homines agrestes & malefici, montium a mari remotiorum latebras seorsim [ *p* ] magis, quam scopulorum mari incumbentium insidias sequut: [ *q* ] sed imprimis quod sit

---

[ *p* ] Verel. *Hervar. S. p. 11. 2.* [ *q* ] Ad illa hominum monstra glorioso facinore conficienda quoties sedibus eorum, vulgarium hominum, ex improvise, aliquis exceptus fuisset, *blef bergstagen* [ *vid. Eigi. & Af. S. Salan. p. 3.* ] expeditiones piraticas olim inserviisse: adversus eadem saxorum & missilium creberri-  
mo jactu utrinque depugnatum fuisse, donec genus omne penitus extingueretur, ex annaliis vulgo notum est. conferrique in illam sententiam potest non de nihilo *Borœnii Dissert. de rebus marit. Scandianorum*; itemque *Vereliana Hervoræ historia*, ubi de gigantibus Americanis cum classiariis Hispanorum belligerantibus & ab ipsis demum victis atque prostratis mentio injici-

fit illa ex montanis sedibus cognominatio talis, quam *Norvegia*, *Biarmia* [ nomen a *Fennico Varama* i.e. *montosa regione* paullulum detortum ] aliaque plurimæ orbis partes, eodem, si non potiori jure, quam *Finlandia*, sibi arrogare possint, utpote quæ mediterranea sui parte silvas & paludes passim: ille vero tractus, qui *sinui Boddico* adjacet, eodem quo *Ingermannia*, naturæ munere, æquabilem & plenam amœnitatis faciem ubique fere ostendet [ r ]. Commendat illa, quam modo evolvimus, conjectura semet multa & ingeniosa probabilitate, præsertim iis, quibus cum pristino vivendi genere ferro & agresti, ipsum nomen invisum appareat. Verum si splendorem & dignitatem illam, quæ piratica, quæ nomen

---

*tur. & quamvis non negaverimus fortissimos pugiles, gigantum appellatione quoque identidem insignitos, militiam navalem interdum sequuto fuisse, classisque securitati a prora & a puppi, sub nomine Stasnbuir [ via. Heraud. och Boses S. p. 9. ] umbonis instar præseuisse, ad gigantes proprie & vere sic dictos propterea tamen neque pugiles istos, nedum Varegorum gentem referri posse existimaverim. Meretur, si quis alius, perspicacissimi Vir ingenii Historiog. Dn. Vilde conferri, quod ad hanc rem. inprimis quod ad differentiam, quam fieri debere urget inter Bergbuuar, Nisar & metaphorice ita dictos Bargar: sed quæ in relationibus confundi & pro equipollentibus minus accurate haberi solere nomina Hist. Prag. S. II. 15. palam pronunciat.*

[ r ] *Ad illum modum factum Fenningiæ etiam Furnier comparatum esse agnoscit: quum habitasse inquit Venedos ab utraque parte sinus Fennici seu Venedici, depressiori solo, tractuque omni fere lacubus atque fluviis passim interciso. adde Bœrner. Gotunbeimia p. 37. & 45.*

men dedit, olim effulset, & hodiernum etiam in non paucis gentibus effulget, attenderimus *Varegorum* genti, quam *Romanis* aliisque; suum non facile magis in ignominiam nomine vertet, si non crudeliter & avaro, sed securitatis in arctoo orbe stabiliendae intuitu certamina & bella subiverint, ipsisque sibi, isto, ceu militari tirocinio, praesertim victoria duce, transitum ad majora, puta civitatum constituendarum, custodiendarumque gloriam famamque aperuerint [ s ].

### §. III.

**N**omen illud *Vargi* seu *Varegi*, utrum ipsi sibi arripuerint, an vero exteri, quibus invisus vitae modus iste, per convitium imposuerint, anceps, quaestio videri potest; verum si quae de piratica paulo ante diximus, ad animum vocaverimus: eandem passim & ubique, etiam moratoribus mortalium honesto loco habitam fuisse: Qvin

---

[ s ] *Cæsar lib. VI. 23. Latrocinia nullam habere infamiam, quae extra fines cujusque civitatis fiant, atque ea juventutis exercenda ejusque desidia minuenda causa, fieri pradicat. A strenuo bellatore Romano isto, Philosophorum veterum Corypæus non multum dissentit, in politicorum libris suis: Ἀνεξιχνύη etiam inter naturales habendi modos referens. Certe Hobbesium in partes seduxit philosophia hæc, cum contra legem non facere ait unumquemque, qui rebus sic stantibus, piraticam fortiter, non crudeliter exercuerit. In septentrione piraticam pro liberati, saltem non illiberali vitæ genere habitam fuisse ad seculum usque XV. quo CAROLI IV. imperatoris auctoritate editi, Hamburgenses, Archipiratis illius ævi, clero facinore, devictis, Germanicuni & Codanum sinum commerciis pervium & securum redderent, Lambecius in suis originibus Hamburgensibus, auctor est.*

quin sub *Othino Deo*, ignoratam penitus simulationem & dissimulationem; saltem non ad illam altitudinem prolatum artificium illud, ut injustitiæ, quam, sub nomine virtutis colerent, appellationem sive propriam sive impropriam fastidiverint, eorum forte non omni verisimilitudine opinio carebit, qui *Scandinavos* ipsos sibi potius, quam alios nomen *Varegi* inposuisse existimabunt. Nomina propria virorum: *Ulf*, *Hunulf*, *Biurn*, *Rasfn* & cetera ab animalibus desumpta carnivoris, seculi à cruore & ferocia ingenium minime abhorrens, per se ipsa loquuntur. Luporum cum sanguine viscera non deglutivisse solum, ut indolem feritatemque magis referrent, sed exuvias illorum & ceterorum animalium ad spectu horrendorum assumfisse majores nostros, quis nescit [ t ]? Ferarum integris spoliis sese abdidisse, ut sua capita harum patulis fictibus magis exasperarent, *Tacitus* non obscure significat. Et de *Haraldi Pulchricomi* pugilibus *Snorro* testatur in historia regis illius, quod luporum

---

[ t ] Loquuntur de illo vetere & pellico majorum nostrorum, præcipue qui ripas habitarent, vestiendi modo, Cæsar, *Salustius*, *Tacitus*, ille de bello Gall. lib. IV. & VI. iste in *historiar. libro* apud *Servium* in III. *Georg.* hic *Germ. cap. XVII.* Item, qui nonnullis intervenientibus seculis Longobardorum nostratium mores atque res gestas literis consignavit *P. Varnefridus*, cum apud *Scrito* Fenno animal esse ait, non absimile *Cervo*, de cujus corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem in modum tunica, genu tenuis aptatam, semet apud ipsos conspexisse refert. Vestis vero pellicea, *Bothniensibus* sub nomine *Lapmud*, etiam hodie usitate descriptionem, utrum accuratam & plenam magis ipsi indigene dare queant, plane ambigo.

rum exuvias loricis superinduxerint [ *u* ]. Imo sub istis applicatis corpori ferarum pellibus [ *quæ* alias instituto divino antiquissima vestiendi simplicitas erat ] cum ad invicem, præsertim vero exteros verba facerent, frendere solitos fuisse, *Adamus* testis est. Solebant una cum nomine ipso, truculenta simulacra ejusmodi, ritu hodie neque obsoleto, piraticis lembis suis applicare: adeo ut nihil impedire videatur, quo minus sicut *Locrenses* olim ob pellium, quibus induerentur odorem, *Pausania* teste, *Ozala* appellati fuerunt: ita *Scandianorum* turba hæcce heroum crudelissimi animalis corio & prope indole vestita, cum aliis gentibus immineret, *Vargi* appellari neque probrosum aut pro more ævi illius, inhonestum putaverit [ *x* ]. Cumque demum neque ipsi, neque Reges ipsorum refugerent *Vargi* aut piratæ cognomen, *Scandia* horum patriæ, plurimis licet nationibus distincta, idem accidisse consequens est, quod in aliis regionibus perinde crebro contingere solet [ *y* ] ut quod nomen, ex isto casu, civium

---

[ *u* ] *Snorre Sturleson* R. *Harald Hårfårgas saga* c. IX.

[ *x* ] *Hinc longo agmine promanasse: de congressione leonis cum aquila, vulturis cum accipitre, Draconis cum lupo, fabulas mythologorum veteris Scandiæ nostræ, contendit Salanus in notis ad hist. Asm. & Eig. p. 102. Quid? quod hodie Wiron Sudet b. e. Ingriani Lupi: Nousiasten Sudet, Nousenses lupi: Sibbo wargiar & denique apud Sturlonidem Wif, wargar Sibboenses & Vikenses lupi, cognomina sunt, etiam hodie in Fennigia & Norvagia iis tribui solita, qui in istis locis, terra marisque itineribus, rapacium more luporum, insidiantur: veteremque adeo vivendi indolem nondum penitus dedidicere.*

[ *y* ] *Alio atq; alio nomine apud diversas gentes eundem populum*



vium parti inditum fuerit, illud in uniuersa gente unde illi descenderint, demum inoleverit.

§. IV.

Cum *Wargue* vocabulo, ejusdem significationis *Verelio* [a] aliisque est *Thuf*. quod linguæ *Gotbicae* veteri & hodierno usu, maleficam feram pariterque hominem significat, aliorum vitæ bonisque noxium. *Sote* a *Got*, *publica luc*, idem vitæ genus quoque exprimit; quamvis olim fuerit *Gotbis* nomen illud gentile quoque, idemque claris Viris, auspicia vitæ eadem sequutis non raro proprium. Id vero testantur non nomina solum pugilum *Sokenar Sotes*, *Sote Jarls*, *Ulf Sotesons*, nec non famosi archipiratae illius, quem in scopulis ab illo forte *Getastide* insignitis, *Olaus Crassus Norvegiae* princeps vicit [b]: verum

E

terri-

---

crebro venire solere, iralatitium est. Europæos uniuersos ad occidentem vergentes paulo ante Francos appellatos fuisse populis Asiaticis, etiam tensoribus notum est. Fennos nostros uno nomine *Speogothos* omnes, ex vicina ora illorum regione *Roslage*, *Rosalainen*; exteros vero omnes & præcipue Germanos Saxos vocare, quis nescit? non alio intuitu forte, quam quod ex *Saxonia inferiore* aduenerint mercatores [ *Saxa Raupames* ] exteri, qui exoticas merces in hac regione venales primum extrufere. De *Varejis* idem dicendum existimo. nempe celebre illorum cum omine nomen, sub quo *Russis* primum innotuere, non ipsis solum perpetuo tributum fuisse in illa plaga, sed & patriæ eorum. eodem prope modo, quo *Holmgardia* non *Russis* ipsis domi, sed in nostris exterorum annaliis saltem, illorum magnus principatus insigniri solet.

[a] *Heruara* G. p: 25. [b] *Sturlonides histor. Ol. Haraldsonii cap. V.*

territoria etiam, parochiæ, pagi, stagna, villaque: *Gotholm, Gotankylä, Gotaläis, Gotastjär, Gotunge, Gotenäs* in *Finlandia, Norvegia* pariter atque *W. Gothia*, a ponto non procul remota loca; quæ gestorum & commorationis priscorum *Scandiæ* bellatorum, memoriam recolunt, & quantum in se efficiunt, ne quam exuviæ eorum cariem ex communi mortalitatis lege, eandem ex oblivione injuriam illa penitus quoque perlentiscat. Sic *Gripur, Gripur, Nurgripur, Gripstutur, Giordgripur, Wikingar* & cæteri, qui in eandem cohortem cogi nullo negotio possunt, piratæ appellati fuere, quique olim magis quam hodie in sinibus maris habitaverunt, istiusmodi vivendi maleficio unice dediti [c] Item *Draci Drakar* appellabantur veteribus, qui piraticam sectabantur e. g. *Esburn of Jula trefka harda guda: herliga goda drakar och hieltar.* [d] *Corsaros Chazaros* ( *fusar* ) prædones maritimos quoque significare ait *Strahlenbergius* [e]. Denique ex illis coloniis, quæ per *Gothi Scand*

---

[c] *Rudb. Atl. tomus I. 9. S. 2. ab hoc vocabulo Grip urbem Gryphsvaldensem denominationem sumfisse conjiunt nonnulli; ceu quoque Gripsholm, antiquam sedem Regiam in lacu Melero, huic vocabulo natales suos debere ait Rudbeckius l. c. conf. Dissert. Ups. de Scand. rebus maritimis cap. 4. p. 93. Certe huic vitæ generi atque cognomini veterum Gothorum, O-Gothiam & Sudermanniam hodie quoque, insigne suum, Gryphi effigiem debere, non improbabile videtur.* [d] *Peringsk. vita Theod. in notis passim.*

[e] p. 195. *Etiã ad mare nigrum eidem Viro nobilissimo Lazii dicuntur prædones: imo Curdi & Cûrti a Turcis, non hominum genus illud solum, sed & Lupi: idque utriusque lingue, Gothicæ puta atque Turcicæ usu & genio admodum consen-*

*Scanziam* Wästerwägs, in ulteriorem *Germanie* ripam transfretarunt, a turbulento & rapaci vitæ modo, quem eundem omnes sequerentur, *Stormaros*, Stormare unam appellatâ fuisse, nomenque regioni *Holsatica* dedisse *Stormarorum*, ex *Adamo*, reverendiss. *Benzelius* non diffitetur; dissentiente licet in *Hamburgi* sui originibus V. cl. P. *Lambecio*. *Stormaria* vero *Vagriam* finitimam esse novimus. Annon illa *Varegorum* nostrorum in suo nomine servatam & ad posteritatem transmissam voluerit memoriam, me melius alii judicabunt. An *Varegorum* Principum patria fuerit, deinceps inquirendum.

### CAPUT III. HISTORICUM.

#### S. I.

QVum autem ante *Rorecum* hi nostri *Varegi* non in *Moschovia*, neque alibi constituere imperium certa forma absolutum; sed prope ejusdem conditionis fuisse videntur cum ceteris, non dicam *Græcis* & *Romanis*, verum *Germanis*, *Nordalbingis* atque *Normannis* etiam; quorum cum principes natu minores, vel nullam vel arctiorem, quam pro indole votoque, regni hæreditatem

E2

ade-

---

tiente; adeo ut quemadmodum lupi infensissimi sunt quibuscunque aliis innoxiiis animalibus: ita hominibus *Lazi* illi quoque: teste *Chardino*, cujus apud *Strahlenbergium* p. 193. in eundem sensum verba sequentia leguntur: Inzwischen bemerkte das wert und der nahme *Laz* oder *Lazi* nichts anders als un homme de mer, & dans la langue figuré un personne rude, grossiere & sauvage. das ist: einen Meereman, und in metaphoxischen Verstande, einen groben und wilden menschen.

adepti fuissent, ponti militiam dominationemque minima  
 me aspernabantur; hinc infreqvens quoque illorum me-  
 moria in annalibus occurrit. Et licet nulli dubitemus,  
 quin *Rolfonis* illius instar, *Guilielmique* conqvestorum,  
 qui *Normannorum* in *Galliam* atque *Britanniam* invexere im-  
 perium, *Varegorum* gens eodem apud sui ævi vulgum,  
 claro virtutis rumore emicuerit: docet experientia ta-  
 men, per seculi barbariem fastidiumque, ita litu & pulve-  
 re obducta præclare facta eorum, ut a plerisque igno-  
 rentur, ab aliis vero in dubium vocentur, & plerum-  
 que ad alias nationes invidiose transferantur. Hinc alii  
 horum natales referunt ad *Borussos*, *Prussos*, *Anglos*: alii  
 ad *Vagrios* etiam, gentem usque adeo exilem illo ævo,  
 ut ipsa sibi ægre sufficeret, nedum ut exteris regnis do-  
 minos clientelasque, suâ sub ægide, præstare potuerit. Nos  
 missis exterorum quorumcunque judiciis, qui æmulatione  
 gloriosi illius, apud *Comicum*, militis, ad se suaque, a-  
 lienas laudes transmovere callide norunt, quid pro re-  
 ducendo *Varegorum* intra *Scandiam* lare, nostra tenuis ef-  
 ficere & eniti *Minerva* poterit, experiri lubet. Peculiaris  
 nomina uni eidemque genti olim imposita fuisse, vel a  
 locis ubi confederunt, vel ab imperantibus in illa dyna-  
 stia, vel a moribus, vel etiam eventu alio quocunque,  
 modo audivimus. De *Grecis* constat, quod ab una ea-  
 demque stirpe sæpe oriundi, *Jones* alii, alii *Dores*, vel  
*Æoles*, *Boeotii*, *Thessali*, *Attici*, *Archai*, *Pelasgi*, *Arcades*, di-  
 scriminis causa nominati fuerint. *Scandiani*, ejusdem  
 cum illis sæpe nominis atque originis, prout ante osten-  
 sum, non minus multa & diversa illi quoque nomina  
 habuere, gens cælo soloque genitili eodem licet omni-  
 no

no lata fuerit. Nostri vero impraesentiarum instituti, quamvis non sit polyonomiam *Scandiae* excutere; fecere enim nobis illius laboris otium multo ante, in ceteris, *Rudbeckius*, *Bergstedt*, & in Bibliothecæ suæ Sveth. erudita præfatione omnium novissime *Clariss. Nettelblad* historiae gentis nostræ apud exteros, re, non nomine vindex. Nilominus, cum quæ de cognomine *Wargôn*, *Vargionibus* & ipsorum sedibus ex *Mario Nigro*, *Ortelius* & *Johannes Magnus*, & qui ex illorum fontibus atva sua rigarunt clari Viri modo recensiti, scriptis suis inseruere, ad præsentis argumenti illustrationem quam maxime faciant, eadem sicco pede neque transilire juvabit. In recensendis diversis *Scandiae* nominibus illi occupati *Inc Vergion* insulæ quoque mentionem faciunt. Quod vocabulum *Messenius*, *Verelius* & *Rudbeckius* [f] per *Wargôån* seu *Wargheim* interpretantur. Scilicet cum ex nostris annalibus abunde constet, continuam fere piraticam exercuisse veteres majores nostros [g] nullam neque domi neque foris

---

[f] *Atl: Tom. I. 518* Utaf den lärda *Ortelii Lexico* ser man, ibland *Sveriges* åtskillige namn, som där indrages, det också kallas af *Mario Nigro*, *Vergion*. *Joh. Magn.* uti sin hist. *Förtahl* säger: *Sveriges* Öf hafwa somliæ kallat *Baltiam* somlige *Vergion*. Utaf *P. Classen* kallas hon *Wargôån*. *Sveriges* haf, *Ostervän*, kallas också af *Dybfarne* *Wargahafwet*, och de *Swenste* kallas *Wargar*. *conf. Herberst. Fol. 4.* *Sveriges* har sådt sådant namn af det stora *Sidrosveri* de förde: ty *Wargur* är then som härjar til höfs och til lands &c.

[g] *Lyciam* seu *Iuporum regionem* appellatam fuisse *Asiae minoris oram maritimam*, que *Ponto Euxino* finitima est, eandemque infestam admodum olim fuisse *prædonum vexationibus*,

ris servitutem recipere volentes; verisimillimum omnino quoque videtur, quod quemadmodum incolæ ipsis sibi aliisque, a lupina rapacitate sua, *Vargi* appellati, uti modo dictum, in latibula quoque sedesque eorum *Wargiön* vel *Wargöön*, ipsis primum, & demum exteris sensim venire cœperint; quorum in annalibus, illud, quod primis a diluvio temporibus, cum omne nomen *insule* acceperat *Scandia*, in omne tempus inde retinuit [ b ]. Non nunc constitutum nobis per loca illa omnia sequi *Varejos* id est insulares *Vargos* nostros, in quibus sub expeditionibus suis, alio atque alio tempore, confedere. Cui otium fuerit propius intueri delineatæ, apud *Rudbeckium*, terræ hujus veterem faciem, eandemque contendere cum recensendis modo a nobis locorum appellationibus plurimis, quæ eorundem in orientem [ *Austerwågs* ] factarum modo expeditionum vestigia retinent, offendet primo intuitu, per *Norvegiæ* itemque *Baltici* maris littora, quaqua versum suas olim disseminasse colonias, & demum *Wargiön*, id est, *insule Varejorum* elogium *Scandia*, merito non invidendo, competere. Testatur de vagina illa multarum & diversissimarum gentium *Jornandes* ( i ) quod navibus, inde exeuntes, terris quascunq; attingere, exteris, ex se illi-

CO

---

antequam Pompejus centum & triginta naves sceleratorum conficeret, Strabo commemorat. In Lyciæ vicinia lucem primum adspexisse Othinum certum est. Neque credibile minus, quam cum veteri gentis nostræ historia consentiens res est, quod cum magna illa prædonum strages eum quoque periculo involvisset, in septentrionem concesserit, ibique Lyciam novam; suam puta *Varejorum* gentem, cum pristino vita genere invexerit. [ b ] *Vil-des hist. Prag. Sœ. II. 15. 1.* [ i ] *Jornand. Getic. histor. cap. 13.*

co nomen dederint. Confirmat veterum *Ostrogothorum* episcopi fidem, hodiernæ *Ostrogothia* episcopus, pia cum honore a nobis nunquam non memorandus, Doct. *Benzelius*: [k] fidemq; dictis conciliant superioris avi in utramque *Itiniam* factæ coloniæ *Batavica*, *Anglia*, *Sveithie*, quæ cum pristinum in patria larem situ suo movere nequirent, impositis terræ novæ nominibus prioris, ista saltem ratione, veteris natalis sui dulcedinem & memoriam propagatum ivere. Imperii *Holmgardici* olim dynastis *Varegis* idem usu venit. Ab ipsis, *Iennici* sinus pontum, inprimis *Propontidem* illum, qui *Ingriam* & *Careliam* spectat, *Varetzkoi more*, id est, *Varegum mare*, non obscura appellatione, etiam hodie insigniri, *Herbersteinius* scriptoresque rerum *Moschovitaram* tantum non omnes consentiunt. Erat autem mare illud communis quasi virtutis exercendæ campus, in quem *Martia Gothorum* soboles nullo non tempore confluere solebat. Ubi ad littora, quæ in *Sveithiam* porriguntur, deflexerimus [ante repertum usum acus magneticæ, flexus sinuum, seu uti olim

---

[k] Mid samma orter, inquit ille in coll. M. S. H. S. G. länmade de ock namn til Förfstendömmen, städer och fästningar, sådane som uti theras fädernesort här hemma hade varit, som ännu äro behåldne. The hafwa där ute Halmstad, Warberg, Falsenberg, äfwen som wi här i Sverige: the hafwa Unbalt, som wi hafwa en öö neder i Skåne, Österwik som wi Wästerwik. Wi hafwa härud i Småland, Widinge; the hafwa i Halberstadt Widinge trachten: äfwen ock Skidfde liska som wi &c. *Hiscæ geminae sunt, quæ de Upsala Mœliæ superioris urbe, ex Levenclavio, Verelius differit Herv. C. Aulario p. 14. 2.*

olim vocabantur, vias & calles regum piraticorum *Seokonga leid*, sequutos fuisse navigantes, palam notum est] præter illas *Rudbeckio* memoratas *Bornici* maris insulas *Varegicas*, itemque *Sturlaugi* sub arcto *Varejam* [1]. in qua prædator insignis *Rafn* sive corvus domicilium habuit, in territorio *Kymmenegardenfi* habemus *Gutela* & *Gudenhästvi*, curiam *Varegorum*. Prope *Helsingforsam Nylandiæ*: *Wargstjär* i. e. scopuli *Varegici* occurrunt. In *Fenningia* proprie sic dictæ territorio *Haliköensfi*: *Wargfala aula* *Varegorum*: imo maris tractu illo, qui hodie etiam *Osterland* & *Morgenland* insignitur: *Wargön*, *Wargholmen* navigantibus obviam sese sistunt. *Wargasmori* i. e. mare *Varegum* in territorio *Pikåensfi*. *Warghusfwud* [*Gudenpá*] i. e. promontorium *Varegorum* prope *Aboram*, a quo distat non nisi exiguo intervallo *Erichswaldanpá* promontorium cum sinu *Erichstan* [vulgo *Erstan*], quæ ambo loca *Ericide* in *Finlandiam* expeditionis imperiique terminum, in suis nominibus renovant. A promontorio *Varegorum* non procul distitum geminum prædium *Nöfswarenäs*, cognatæ si non appellationis saltem significationis, uti jam ante monuimus. Porro occurrit in territorio *Vehmöensfi* *Wargfari* & *Waranpá*: nec non *Warghola* & *Warganrandaby* vicus *Varegorum*, in parochia *Nove Ecclesie*, *Nykyrckia*. *Warg*  
galyz

[1] De insula illa *Varga* legi potest *Sturlaugs* seu *Starfsmas* historia a *Gudmundo Olai* publica luci data, itemque *Salanus* in notis ad *Asmunai* & *Eigilli* historiam p. 107. ubi *Sve-thiam* ab expeditionibus suis, in piraticam, annuis, *Varegiam* sive luporum terram, dictam confirmat, adeoque vanam esse seculitatem eorum, qui *Varigion* *Plinii* per *Nerigion* restitutum velint.



galyllā in Pyhāma : in Eöffala iterum *Vargfala* : inque Alandia [ expeditionum *Austerwāgs* seu in orientem destinatarum quasi publico commearu ] *Warggatan*, *Wargghamn*, *Wargsfund*, *Wargstjár* notissima nomina sunt transituum, otiorum atque stationum, quæ, qua plaga atque via *Varegorum* origines porro sint quærendæ, haud obscure demonstrant. Superato vero mari *Alandico*, in præfectura *Stoekbolmensi* nec non *Uplandia* insulari [ patria olim atque sede Ducum heroumque *Sveo-Gothicorum* ] utrum locorum nomina *Varegias* majorum sedes aliqua hodie quoque loquantur, in hoc remotiore orbe explorare nullus potui [ *m* ]. Scopulis, pagis atque promontoriis inhærere nullus dubito. Cateris locis, quæ Principū & magnatum palatiis superbiunt, veterem perdidisse nomenclaturā non miror, cum sit illud perpetuo more & quasi publica lege constitutum, ut cum mutant illa dominum, ex novo hero, saltem ad gustum illius, nova quoque nomina sortiantur. Ne quid de aliis peculiaribus casibus, utpote bellorum motibus dicam, qui nomina vetera modo mutare: modo innominata pridem, sicut eventu novo, ita nomine quoque celebria efficere solent. Certe de Christianismi protomytis pervulgata res est, quod ad extirpandam idololatriam non in literas solum atque lapides superstitione crudeles illi extiterint; sed & regionum nominis, maxime earum, quæ artibus infamibus atque sorditie paganica præ aliis innotuerant, ceu memoria ulteriore prorsus

## F

in-

[ *m* ] In Ottingiæ itemque Sudermanniæ ora maritima *Wargstjár*, *Wargfättra* nec non *Wargarn* prædiorum nomina occurrere, politissimi *Juvenis Dni Johannis Swahus* benevolentia, e transmarinis nuper rescivimus.

*indigna abolerent.* [n] Quantum mihi innotuit, veteris *Varejæ* seu *Farejæ* [o] [hodie *Swartfjō lāhn*] præterquam in nomine ecclesiæ *Faringstbuna*, *Ferntbuna* [ne quid de *Försvälå* itemque *Faringia* vicinæ *Roslægje* dicam] perexigua ad nostrum ævum, superstes est memoria. Cultissimam interim olim atque hodie isthanc in medio *Sveoniæ* insulam esse, eandem heroum & magnatum gentilitatis monumentis frequentiore ceteris regni partibus, imo suos quoque proprios habuisse reges, vulgo notum [p]. Geographorum vero & temporis injuria, nomen cum reliquis, depravatum gerere *Stiernhielmus* agnoscit [q].

## § II.

**H**unc ad illustrandum præsens argumentum, processum, ne quis molestæ sedulitatis condemnet, eundemque, quamdiu non veterum fidei superstructum viderit, ad vindicandos *Scandiae* *Varegorum* natales nil validè conferre nobis objiciat, *Jornandem* evolvere juvabit, & quæ  
in

---

[n] *Biørners Gotunheim*, p. 39.

[o] *Vargos* & *Fargos*, Gothica lingua alias *Fœringar*, cognata esse vocabula: inprimis vero posteriore illo naucleros atque præfectos fluminum trajiciendorum venisse, *Læfcherus* testis est. Fidem dictis ab illo conciliant cippi, magno numero *Runicis*, qui expeditionum piraticarum, & clarissimorum sub illo nomine præfectorum multorum mentionem injiciunt. Confer si vis *Peringskiöldium* in *Uplandicis* monumentis, itemque serie illius *Regum Svethiæ genealogica*. De *Faringia* hac *Sverhica* in *antiquit. Dann. Lysander*, itemque in *Uplandia* sua *Serenius*, alique multi multa loquuntur. [p] *Sturless*. *Yngl* S. c. 42.

[q] *Anti. Cluv.* p. 43. *segg.*

in illo huic sententiæ velificare videtur, dispicere. Is historiae suæ (quam Gothicos scriptores cum Romanis adiungendo semet contexuisse ipse fatetur) initio, inter alios *Scandia* populos (quorum licet depravata nonnihil, in viridi usu tamen adhuc multa nomina supersunt) *EVAGERORUM* quoque *OTHINGIS* permixtorum mentionem facit, quibus *O-Gothi*, *Raumarica* & *Raunavicii* exteriores essent: *Ipsi vero exesis rupibus quasi castellis inhabitarent, ritu belluino.* Hac prælucente viri gravissimi & ἀλοφύδης historica descriptione, quantum clarescunt sedes *Varegorum* pristini? *Evageras* & *Ottingos* conterminas & secum invicem coherentes gentes facit: utramque exesis rupibus habitare, utramque belluinum vitæ modum sequi testatur. Quod vero situm & habitationem utriusque hujus finitimiæ gentis attinet; ex veteri *Scandia* *Geographia* discimus, in ceteris *Uplandia* *Sverbica* regionibus, ad imperii ut & maris *Baltici* umbelicum quasi, sitam fuisse *Attingiam* sive *Ottingiam*, & cum illius finibus commisceri [.] plane *Varegiam*, *Varejam*, aut si genium loquendi recentioris ævi sequi velimus, *Varingiam* seu *Faringiam*. Prior ab *Attino* seu *Othino*, *Attundia*, *Ottingia* imo *Ottundia* quoque *Ottundraland*, hodiernæ *Roslagia* non exiguam partem absolvit. Altera vero proprie sic dictæ *Uplandia* partem insularem complectitur: eandemque sui olim situs testes, nomina plurima producere posse, *Varegorum* *Ducum* veteres sedes, ne intercidat memoria ipsorum, hodie

F 2

die

[r] Peringsk. p. 16. *Uplandia* *Mon.* ex codice perantiquo membranaceo biblioth. Upsal. maritimam *Uplandiam*, ubi *Evageros* nos collocamus, ad *Attundiam* seu *Attingiam* expresse refert.

die quoque refrigerantia, nulli dubitamus. Accedant ad inquirendi curam modo, non peregrini, nec imperiti aut stomacho languentes, sed tales, qui monumenta veterum, & quæ in illis occurrunt, memorabilia, parili ingenio atque affectu perlustraverint.

## S. III,

**P**orro si vitæ modum attenderimus, quem utramque gentem nominatam fecisse jam olim, testatur Historicus, etiam ille *Varejis* seu *Varegis* nostris, ipsorumque contribulibus, ex asse convenit. Quemadmodum enim *illi* belluæ omnium rapacissimæ nomen assumere, suæque domestico lari imponere, ita luporum more quoque, latibula promontiorum ab ipsis aut a natura exesorum quasivisse, intra eadem, in modum castellorum, delituisse, & ex illis hospites ultro citroque navigantes confecisse, chronica gentis nostræ vetera tantum non omnia loquuntur. [s] adeo ut mirari subeat, qui cum vultus & mores & latebras ferarum atque rupium ambitiose usque adeo quæsiverit gens piratarum ista, sustineant nonnulli tamen titulum ipsum, nomenque iisdem denegare aut saltem in dubium vocare. Eorum vero qui veterem indolem nauticæ militiæ *Uplandorum* adeoque *Varejæ* nostræ explicuere, cum nostratium vix alius accurate magis *Jornandis* narrationem expresserit, quam dissertationis de *Uplandiis* auctor clarissimus, illius in rem præsentem suffragio sententiam nostram quoque munire juvabit. Sedem regiam circumcirca habitantens reguli, ait: uti arctis dominabantur tractibus, ita singuli imperium dilatandi strenuam navabāt operam, præcipue  
nava-

---

[s] *Vildes hist. Pragm. II, 15, 1.*

navalibus præliis; unde ad insulas & sinus habitare  
 amarunt, ideo nomen *Vikingorum* sortiti. Promontoria  
 & insulas lacus Meleri ab iisdem fuisse intestas, argumen-  
 ta non vana adstruunt: varia namque habitacula & nō  
 numenta: *Borgare*, *Kalstali* & *Virkin* appellata ad litto-  
 ra deprehendere licet. In sinu *Grönstio fiård* & pro-  
 montorio *Dresten*, ingens & præaltum ejusmodi cerni-  
 tur propugnaculum, in formam pyramidalem ex humo  
 & vastis saxis erectum. Alia vero formâ amplior in  
 prædio *Arnöbergensi* [ r ] comparet. nec non in insula  
 [ *Varingie* ] *Apilsöön*, *Borgstank*, *Brändaborg*, in *Brands-*  
*holm*. Sic & in insula *Elgarn* [ *Hellgegard* ] giganteæ  
 cernuntur habitationes & introitus in ipsis rupium ca-  
 vernis; præter multa alia vetustæ munitionis exempla,  
 in insulis & promontoriis nostris occurrentia. Cum se-  
 reni hac narratione gemina sunt, quæ *Rudbeckius* habet  
 de *Wargön*, maris Baltici insula, hodie quoque notissima:  
 quod, damnato licet vetere vivendi modo, speluncam  
 nilominus, nostris quoque hominibus integram ostendet,  
 majorum, raptò vivere assvetorum, cum commorationi,  
 tum quoque opum custodiæ asservationique admodum  
 capacem atque opportunam. In *Alandiæ* montosis, re-  
 cessus ejusmodi veterum subterraneos & exesas rupes et-  
 iamnum extare incolisque gratum belli tempore suffu-  
 gium præbere, *Hallbergs* dissert. de *Alandia* testatur.

## §. IV.

---

[ r ] Illud tergemino muro circumdatum, satisque robustum  
 antiquitatis monumentum, una cum alio, ejusdem prope formæ  
 in continentis vicinia, ad prædium rusticum *Norhammar* con-  
 stituto, se pridem frequentasse & quodam oblandiente oculorum  
 sensu sæpe lustrasse, non difficitur hujus nostræ dissert. Præses.

## §. IV.

**D**enique quod *Ofro-Gothos & Raumaricas & Raugnaricos* attinet, quos Evageris & Ottingis exteriores facit Chorographus; si vera descriptio illa *Scandia*, quæ sexcentis post *Jornandem* annis ab *Adamo* facta est, & quæ Birca regni metropolis, nostra cum *Vareja* ceu *Faringia* iisdem finibus connexa, *Gothorum* urbs audit [u] quousque *Uplandiae* insulari, *Gothie* illa pars maritima sese insinuaverit, nostræque conjecturæ veteris Geographiæ consensio utrinque subsidio veniat, sine labore quisque videt. *Raumariciam & Raugnaricos* [x] itemque ceteros a *Jornande* recensitos populos, *Gothorum Vermilanorum*, in *Norvegia*, sub iisdem prope nominibus, hodie finitimos esse *Petrus Claussionius*, in descriptione *Norvegiæ* Geographica, ne quid de *Sturlonide* & ceteris dicam, uculentissimus testis est [y].

## §. V.

**O**væ aliunde, præsertim vero ex nominibus primorum

---

[u] Cum *Adami* descriptione hæc veteri Geographica, *Archivi Cameræ publicæ rationum tabule* consentiunt, quæ oram illam maris *Baltici*, quæ ab urbe *Telga* ultra *Nycopiam* ad fretum usque *Codanum*, porrigitur, *Giöthastjärren* appellant. Consentiente etiam *Rudbeckio* in *Atl. T. 1. 22. 6.*

[x] *Utramque regionem, una cum integra Drontheimensis cathedræ præfectura*, ne quid de recentioris ævi rebus publicè gestis dicam, sub *Olao Skiörkonungic* juris & ditionis *Sve-thicæ* fuisse, *Renhielmus* in notis ad *Oad. monachi historiam Tryggonidis*, in rem nostram apposite observat.

[y] pag. 35. & 40. ubi *Nomarike & Ringarike Fylker* describuntur.

rum in *Russia* dynastiarum *Varegorum*, probabiles conjecturæ derivari possunt, pro gente illorum *Scandia* vindicanda, donec ad §. XIII. pervētum fuerit, consulto prætereo. Quantum ad *Vargos*, quod vitæ genere ut & nomine eodem, quamvis linguæ Ruthenicæ attenuato, in illa terra jam ante innotuerint, nos *Strahlenbergii* auctoritas ut credamus, omnino facit [ z ] Refert vir ille nobilissimus, de gente quadam *Scythica*, quæ *Volchower* seu *Volchovi* cognominata fuit; eam confedisse penes *Sclavos* ad *Danabium*. Ortis vero inter utramque diffidius, *Sclavos* loco cecidisse, aliis ad *Vistulam* usque *Poloniam* immigratibus; aliis vero in *Russiam* deflectentibus. Ut igitur in lingua *Russica*, *Polonica* & *Venedica* *Volch* idem est ac penes *Gothos* *Wara*, *Ulf* & *Thusse*, ita colligi hinc posse quoque contendit, eo, non solum unum eundemque populum significari, verum etiam *Varegos* & *Sclavos*, quamvis sibi invicem vicinos, inter se tamen, quamdiu ulla neque sanguinis neque morum aut imperii societas eos conglutinet, perpetuo infensissimos fuisse. Quin etiam reliquias nominis *Volchower* in *Russia* superesse, quemadmodum idem de nomine & mare *Varegico* paulo ante notavimus, urbemque *Volchovski* & mare ejusdem nominis, imo *Volcka* & *Volga* fluviorum omnium *Europæorum* regem habere denominationem ab ipsis, quoque præterit Vir idem diligentissimus, *Petrezus*, cui *Scandianorum* sub diversis nominibus nec non Imperatoribus, primum *Romanis* & demum *Constantinopolitanis* [ a ] alio atque alio tem-

---

[ z ] pag. 193. [ a ] Gothicarum expeditionum post *Heraclii* tempora [ quibus secundum *Muschovitæ* annales, terram illorum, *Sclavi* primum ingressi sunt ] vix aliqua apud ex-

ten pore in *Graciam*, trans *Russiam*, crebro factæ expeditiones perquam notæ fuerunt, ab hypothesi hac eadem neque dissentit [ b ] inprimis postquam ipsos in suis Chronicis *Russas* quoque pro vero agnoscere vidit, quod cum *Varegis* seu *Wolchovis* istis, bella magna gesserint & hisce suis victoribus tandem tributarii facti fuerint [ c ].

## S. VI.

**A** *Vargis* seu *Varegis* ad *Waringos*, non ignotam apud exteros progeniem illorum, transeundum. Dicitur autem vix potest, quantum se torserint Critici atque scriptores exteri in illo vocabulo *Veringorum* seu *Barangorum* explicando: inprimis vero originatione illius investiganda. Ea quæ tamen breviori opera multo expediri posset cura, si quæ de iisdem ex ultima *Thule* modo, modo *Anglia* profectis, *Græci* scriptores ipsi traderint, attendere, & mox antiquitates linguæ & historiæ gentium septentrionalium, in consilium adhibere ipsis volupe fuisset. Constat autem non ex *Snorrone* & *Saxone* solum aliisque recentioribus rerum septentrionalium scriptoribus, sed & *Byzantine* historiæ auctoribus aliis atque aliis, in *Constantinopolitana* aula, nova orbis *Roma*, quam auspiciis *Constantini Magni* industria & labore suo *Gothi* olim

---

teros scriptores mentio. Verum ex nostri orbis probatissimis Auctoribus, non illis saltem, quorum mentionem antea fecimus, sed & multis sequentibus, constat, idem posteris etiam seculis usu fuisse *Gothis* vetus institutum, ut virtutis exercenda causa, ad gentes longinquas deflexerint; præcipue vero *Constantinopolitanæ* aule, quam illi *Mycklagard*, *Russi* vero *Bargard* appellarunt, multo amicitie jure devincti fuerint.

[ b ] *Chron. Moschov.* p. 139. [ c ] *Hornii* *arca Noæ* p. m. 296.



olim extruxerant [ *d* ] temporibus illis, quibus in patria nostra religio Christiana efflorescere cœpit, robora virorum ex Scandianis multa, militiae Imperatorum ibi nomina sua dedisse, suaque virtute & in *Augustos* inviolata fide meruisse, ut custodiæ prætorii & majestatis ipsius Imperatoriæ præficerentur, eoque laudis & honoris genere non ceteris solum, qui eo militatum confluxissent, sed & ipsis quoque civibus præferrentur. Essent de *Væringis* hisce multa perscribenda, imprimis quomodo non domi [ *e* ] & in oriente solum, sed & diverso orbe, penes *Romanos* principes, & præcipue *Gothici* sanguinis & imperii in *Italia* fundatores, eandem aulae custodiam & prætorii militiam sequuti sint [ *f* ] Item quomodo cum in statione illa peregrina, ex communi mortalitatis lege deficerent sensim individua, principes ab arcto *Norvagici* aliique [ *g* ] supplementa novorum militum, aliis atq; aliis temporibus submiserint & *Constantinopolin*, terrâ mariq; transduxerint; non popularibus hisce solum donec allubesceret, cum imperio, quamvis non supremo,

## G

mo,

[ *d* ] *vid. D. Benzeli parentat. b. m. Enemanno consecrata.*

[ *e* ] *In nostris annalibus promiscue Hirdamán, Væringar, Sargenter, custodes corporis seu satellitium aulicum appellari, adductis ex Gretle & Vikina historiis, idoneis testimoniis Veregilius docet in notis ad Herrauds & Bosæ histor. p. 84.*

[ *f* ] *Romæ etiam habuisse templum & peculiaria sacra vid. Sp-gels H. Eccl. Sv. II. 24. [ g ] Torstanus Dromund, Perringkiœldio, ex Gretle historia, teste, Olavo Sancto imperante, ad Væringos Constantinopolitanos populares concessit. De Haraldo fratre S. Ol. Sturlonides in illius historia, item multis testatur; ut ceteros a Doctore Celso recensitos præteream.*

mo, praefuerint, sed & templi, urbe in ipsa extruendi, inque illo Numinis, patrio more, colendi indulgentiam sibi ab imperatore acquisiverint: Verum quum partim ad scopum non pertineat tractatio illa, partim laboris illius ocium pridem nobis fecerit Upsaliensium Doctor & Professor Dn. O. *CELSIUS*: Vir ad omnem antiquitatem tenebris & fabulis eruendam natus factusque; proinde ad actorum *Svethiae* literariorum II. Tomum, & quae eidem de *Veringis* celeberrimus auctor inseruit, cupidum amoenitatum harum Lectorem omnino remittimus: Neque enim *Veringorum* horum historiam exactissimam modo, sed & multa veterum, quae sub larva antiquitatis haecenus iusto majori religione coluerimus, in ista observatione, quasi admoto lumine, illustrari deprehendet [ b ]. Interea vero ipsum vocabulum *Waringe Gotbicum* a *marja* custodire defendere (unde *Waring V. Gotbiae* templum parochianum, *Veringi* sumtibus ex peregrinatione reducis, sine dubio, aut saltem memoriae illius excitatum) [ i ]; derivativum esse, linguae illius non ignarus facile videt. Fateor nominis utriusque: *Veringorum* & *Varegorum* etymologiam, quam diversam haecenus sequuti sumus, nec non seculorum, quibus apud externos utriusque inclarescere coeperunt, discrepantiam, in suspenso nonnihil a-

ni-

---

[ b ] Conferri super hac eadem hypothese Brennerus quoque potest in suo de origine Armenorum commentario p. 99. in.

[ i ] Vestro-Gothiam, quam ceteras Scandia regionis numerosiora olim supplementa militaria pratorio Constantinopolitani Imperatoris, submisisse, L. L. eorum vetustae, de nullis in illa gente, hereditatibus capiendis ab iis, qui in Graecia consedisissent, non obscure significant.

nimum meum tenuisse, utrum pro populo uno eodemque, an vero alio atque alio haberem. Verum vocato ad animum iterum iterumque problemate isto, cum cogitarem, antiquissimis temporibus, quibus in se invicem piraticam exercere gentes inciperent; neque adhuc alia usu veniret ratio observandi insidias prædonum atque *Vargorum*, quam ex speculis seu pyris (*Wetar*, *bôtar*) in excelsis rupium atque promonteriorum incensis; illos quibus *Angarorum* pariterque regionis custodia demandata esset, in *Edda Landvornamán* heita: *Wetar* atque *Væringar* appellari: eosdem cum ad præstitutum tempus militari custodia sua defuncti essent, hostes non suos vicissim modo remordisse, sed & damna, quæ ipsi passi fuissent, ex aliis non hostibus sæpe, more *Lycaonio* respicere non dubitasse; quemadmodum id ipsum ex more illo invicem agendi *belluino Vægorum* nostrorum; neque nominis atque morum modo, sed & navigiorum & vestimentorum ad speciem lupinam assimilatione pridem probavimus: ad evincendum utrumque globum hominum ex una gente atque stirpe descendisse, imò nomine quoque convenire, nil restare aut amplius desiderari posse existimaverim. Certe qui non malis moribus ipse invidet, *Vetar*, *Vægos* atque *Væringos* in *Scandia* natos, eundem qui ceterorum *Scandianorum* erat, militarem vitæ modum sequutos: Ex *Vargis* seu *Væregis Væringos*: iterum ex *Væringis* [limitancis custodibus] *Vargos* seu piratas, solenni illorum temporum metamorphosi, factos fuisse, non facile quisquam dubitabit. Inprimis si quæ de *Væringorum* quoque rapacitate *Constantinopolitanorum*: eorum cum *Væregis* regibus *Holmgardicis*, vitæ militariæq;

commerciis, in historiis traduntur, insuper ad animum revocare voluerimus. Narrat in historia sua *Norvegica* Sturlonides de *Ol. Sancti* fratre uterino, *Haralao Hardræde* [ ne quid de *Olo Tryggonide* dicam ] quod in aula Constantinopolitana *Varingis* nonnullo tempore præfuerit, & sub istâ peregrinatione, auri & gemmarum, aliarumque rerum pretiosissimarum vim, non alio, quam Marte arbitro, *Serklandiæ*, imo aliis quoque gentibus, multo cum rigore, uti verba sonant, extorserit: & denique opes illas per internuncios ad *Jarestavum Væregum*, *Holmgardiæ* regem, devehî curaverit, ab ipso [ socero mox futuro ] in reditum suum custodiendas. Alia argumenta, quibus *Væregos* & *Varingos* [ *k* ] ejusdem originis & indolis & vitæ generis gentem esse, insuper etiam probari possit, consulto prætereo. De *Gothicis* illis *Italica* civitate donatis vocabulis: *Guardingo* & *Gardingus*, quorum alterum a *Vardia wård*: alterum a *Gard*, principis curia, derivatur, *Verelius* testatur, quoad officium, idem fere denotare, quamvis diversa fuerit utriusque vocis origo [ *l* ]. De *Væregis* & *Varingis* idem nos quoque judicamus. licet sit utriusque vocabuli diversa etymologia, non obstare illud tamen, quo minus vitæ & feroci genere belli eodem convehierint. In rem præsentem verbo adhuc monuisse juvabit, ex illa nummorum *Arabicorum* magna vi, quæ in hisce *Finlandicis Væregorum* sedibus, & quidem *Uskelensis* parochiæ ora maritima, *Schefsfero*

---

[ *k* ] Du Fresne in glossar. Lat. med. & inf. æv. sub voce *Væringi*, teste Cl. Nettelbladio, *Væregiones* & *Væringos* unum populum esse ait, non in Germania sed arctico orbe oriundum.

[ *l* ] *Herrauds* & *Bosæ* hist. not. p. 85.

fero in Upsalia teste, paulo ante reperta fuit, probabilitati sententiæ nostræ non leve quoque pondus accedere. Nisi enim Waringi ad contritus suos in reditu transulerint; in hunc angulum mundi, exis calus orientis spolia illa transportaverit atque contumulaverit, per conjecturam alicui adeo non proclive erit arguari.

§. VII.

**A**D nostros *Holmgardicos* *Varegos* iterum iterumque revertitur, præcipue vero ad dispiciendum, quo tempore & quo calu eorum, cum non ine, dynstia apud ceteros efflorescere cæperit. In eo vero instituto feliciter progredi, & ex incerto certum aliquid exsculpere velle, vereor ne mensuram inearum evantularumque virium excedat. Agnoscit pro re factu plane non possibili *Crantzii*, *Vardalorum* incunabula & rerum gestarum ordinem ad præsentia tempora deducere, quod in illa gente, sicut ceteris plerisque, ante Christianismum, nullæ literæ extiterint, quibus servaretur memoria antiquitatis eorum. De *Venedis* & *Sclavis* idem multo magis dicendum: [m] scilicet, quod quemadmodum *Kiovienses*  
ante

---

[m] Agnoscit ab initio *prolegomn*: suorum Saxo de gente Danorum quoque, quod antequam rivius sacri Christiani initiaretur, nemo in illa fuerit, qui vicloris annalium monumentis, res gestas majorum perscripserit. Et licet adstruat idem mox de ceteris, etiam finitimis nationibus, quod rerum titulis illis suis impendio gloriantur: imo in notis ad eundem *Stephanus*, sub exemplo Gallorum, Hispanorum, Anglorum atque Germanorum, qui ab anno Christi 500. sue historie scriptores habuerint, suo cum historico conqueratur, solis Danis non fuisse esse tam beatis: non dubitandum tamen, quin pluribus aliis

ante *Rorecam* principes, antequam a *Constantinopolitanis* certiores evaderent originum suarum, easdem plane ignoraverint [n]. Ita hisce quoque, exterorum, in consilium, annales vocandi sint omnino, si de rebus penes se vtriusque memoriae, notitiam qualemcunque habere velint. Profecto Russos characteribus destitutos fuisse, ad annum mundi usque 6406, aut si majoris annum Christi circiter 1262, quo *Michaël Paleologus* Imperat. *Constantinop.* secundum *Petrum* aliosque: [\*] *Sclavonicas in Bulgariam* literas mitteret: & ab illo tempore primum, quae orali traditione hactenus, quasi longa manu, a majoribus accepissent, in literas semet referre coepisse, eademque cum sui avi memorabilibus in postera secula transmisisse, in annalibus suis, scriptores ipsi neque dissententur. adeo ut ex illorum chronicis, quantum confessae veritatis sibi quis polliceri possit in rebus, quae aetatem illam antevortant, vel exinde pronum sit conjicere [o] Interim e *Varegia* h. e. *Scandia*, principes habuisse *Holmgardiam*, quamdiu leges & instituta *Orhini* penes ipsos, in usu adhuc viridi essent: illoque tempore reges illius gentis *Marchiones* & custodes, ab oriente, *Sveoniae* fuisse, ne quae in eandem, mari licet clausam & per se probe munitam, alienigenarum gentium irruptiones improvise fierent, res est per exteras gentes quoque dudum notissima. Seculo V:to & sequentibus, cum  
migrat-

---

*populis, praesertim Moschis eandem dicam, puta historia veteris defectum, jure adscribere, si voluisset, potuisset.*

[n] *Strahlenbergs hist. & Geograph. beschreib. p. 172.*

[\*] *Confer. dissert. de Varegia pag. 23.*

[o] *Strahlenb. Europ. & As. descript. pag. 196. defectum hunc historiae Russicae non agnoscit solum, sed & causas incertitudinis plures confert.*

migrationes gentium quæque versum fieri, præcipue vero *Gothorum* militares colonias, suis se sedibus avitis movere inciperent, de *Hoimgardicis* & inprimis *Hunnotum* gente pridem dictum fuit, asperioris cæli solique fastidio, nec non exemplo stirpis & propinquorum suorum, ipsos quoque excitatos fuisse, ad nomina sua eorum militiæ adscribendum. Denigrasse non ad salutem & opportunitatem, sed damnum & prope vastitatem regionis, quæ apud historicos recensentur innumerabilium agrina virorum, manifesto docent. Illa vero plena inconsiderantia effusio optimorum civium in oras longinquas, quid potuit aliud quam cupiditatem movere populis non multum distitis, puta *Slavis* atque *Venedis* ad quærendas sibi fixas sedes, aut saltem dilatandum sese per istas regiones, quas, suo discessu, robore & præsidio omni fere veteres incolæ vacuefecissent? [p]. In Scandiam illico penetrare voluisse novos hospites nulli dubitamus. Sed cum esset illa mari disjuncta, sanguinis & religionis societate cum vicinis valide munita, fines illius, & quam in iisdem pridem custodiam sibi circumposuisset, prius sollicitare consultum duxerunt. Afflictis sua sponte, regimen & imperium, per vim meturque extorquere, adeo non multi molimini, neque periculi res erat. At cum apud ipsos, puta *Slavos* ad seditionem non longo post tempore res spectare inciperent, præcipue vero magnates ad se quisque imperii habenas rapere vellent, quid factum? *Gostomissel* ex *Novogardia* multæ & dignitatis & auctoritatis civis, non ignorans *fata Moscovie* talia esse, ut aspernetur prorsus internum Dominum: procerumque  
emula-

---

[p] Strahlenberg *cit. loc. p. 194. not.*

*emulationes nullo modo ferre posse* [q], in consilio ceterorum illico surrexit, consuluitque, ut ad *Varegos*, gentem vicinam atque potentem, cui una cum Fennis aliisque [r] aliquoties sua olim tributaria fuisset regio, legatos cives mitterent atque ex dynastis illius *Duces* sibi efflagitarent, eo amicitiae societatem facile inter utramque gentem conciliaturi. Placuit conditio non vulgo solum sed & primoribus, ad omnem inter ipsos extin-

guen-

---

[q] *Verba Barterlini Moschici ablegati apud Videkind.*  
*l. ff. b. Sv. Moscov. p. 233.*

[r] *Cetera inter omnigene eruditionis cimelia, qua soluta captivitate longa Ruthenica, ex hostico solo in patriam secum reportavit Vir nobilissimus, Dn. SIMON LINDHEIM, dicasterii hujus Fennici Adressor multo meritissimus, sunt Chronica rariora duo, Slavonica lingua consignata, quorum alterum Po-  
 yiest Vremianich, notitia temporum: alterum Kniga Stepen-  
 naja, liber gradualis, inscribitur. Continent illi manuscripta  
 duo historiae Moschoviticae, nec non rerum cum Varegis modo so-  
 ciis, modo hostibus gestarum analecta quaedam, exteris ignotio-  
 ra: quaeque Spethie nostrae, praecipue sub Folchungs regibus  
 bellorum historiam, partim illustrant. Cum vero sint illa, quae  
 nostro usui excerpere & in vernaculam transferre non grava-  
 tus sit vir humanissimus, prolixiora, quam ut huic nostrae, ul-  
 tra dissertationis modum dudum propecte opelle interseri que-  
 ant, ea, quae ad extricandas Varegorum origines imprimis  
 facere videntur, saltem hac vice communicabimus. Quae sequentis  
 aevi historiam Principum gentis illius concernunt, alii tempo-  
 ri, si volet Deus, reservaturi. Hoc loco ex priori codice illo  
 annotasse juvabit, quod ad an. M. 1367. N. C. 863. circiter,  
 dicantur Ziudi b. e. Fenni, Esthones, Slavonii, Krivitzii*



guendam invidiæ æmulationem; factumque ut per internuncios tres e *Varegia* fratres principes arcesserent, eosque regno suo præficerent, *Rorecum* puta *Trygvorum* atque *Siniauterum*: seu uti dialecto vernacula Rusorum sonant nomina eorum: *Rörek*, *Truvor* & *Sinaus*. Illorum initia ut & facta imperii brevibus saltem attingere, & cum nostris *Scandiæ* Chronicis conferre a proposito nostro non alienum erit. plus ultra visuri scilicet, quantum ad inveniendam genuinam *Varegorum*

H

horum

¶ *Meriani* annum tributum *Varegis* exsoluisse, & post paulo de extrudendis, ultra mare, alienigenis dominis istis consilia invicem iniisse: sed cum civiles turbæ inter ipsos iterum recrudescerent, a *Sclavis*, *Michaële Constantinopoli* regnante, revocatos fuisse: illos NB, qui *RBC* nomine insignirentur, ex quibus *Ruric* cum fratribus evocatus fuisset, nomenque ipsa suum *Russia* accepisset. Verum *Rusorum* sedes illa ubi inveniende? Non *Ruosi* omnes *Svecos* modo, orientalibus populis & præcipue *Fennis* appellari: sed *Fenningiam* etiam, eundem, sub nomine *Ostrogardiæ* cum *Moschi* magnam *Ducatum* pridem constituisse, jam ante notavimus. *Fennica* lingua idiotismo vocabula, præsertim peregrina, utpote *Ros* flos, per *Rus*, crebro efferi solere, lingue illius gnari, neque assitentur. Quod si appellationem *Svethiæ*, que jam ante *Fennorum* erat, eandem in *Russiam* vicinam usus & societas longa civilis invexit: (cujuscemodi moris sui adoptandi peregrina vocabula, Lingue nescio que non documenta hodie quoque multa proferunt:) quantum ex illo testimonio non inficiando, nostre sententiæ de *Varegis* [ne quid de ceteris *Russis* dicam] non ex *Scandia* solum, sed ipso *Svethiæ* gremio arcessendis, ponderis accedat, cui libet obvium est videre.

horum patriam, firamenti atqve luminis, inde nostræ contentioni accedat.

§. VIII.

**D**E tempore, quo *Varegi* fratres suam in *Ostrogardia* dynastiam primum fundaverint; fateor scriptores inter rerum *Moscoviticarum*, etiam circa illud, dissensum non levem intercedere. aliis, quos inter *Petrijus* est, *Rorici* principatus initia ad annum Christi 752. referentibus; aliis vero, præsertim *Hubnero* aliisque recentioribus, non ante annum 840. imperii illius initia accidisse contendentibus. Fluit illa dissensio, uti videtur, partim a temporis diverso, adeoque non accurate satis subducto computo; partim etiam silentio, seu potius defectu historiae *Moscovitica*, cui serius & multo post Christianismum, tempore incipienti, isthæc, quæ annis prope quingentis antea gesta fuerint, & non nisi orali traditione saltem, ab oblivione conservata, minus explorata videri potuerint, & cum illis paria, quæ in nullius gentis historia aboriginum, fabulis involuta, occurrere solent. Interim cum ex *Scandia* Chronicis, illa, quæ penes ipsos dubia & incerta hæctenus fuerunt, illustrari & temporibus suis singula restitui possint, habita ratione bellorum & fœderum, præcipue vero affinitatum, quæ gentis utriusque reges intercesserunt; quantum cum *Suethica* historia collata *Rusica*, illa luminis huic præferat ad inveniendum tempus, quo *Varegorum* in *Holmgardia* imperium cœperit, porro nunc quoque inquirendum esset, nisi illius laboris opum nobis fecisset auctor egregiæ dissertationis de *Varegia*, paulo ante editæ. Ille cum post tentatas alias atq; alias vias, mysterium chronologico historicum hocce accurate adeo

adeo explicuerit, ut aciculam, quod in proverbio dicitur, prope invenisse videatur, nobis nil amplius restat, quam ut in usus & rem presentem nostram, verba, quamvis prolixiora, quibus commate XIII. cardo ipse rei vertitur, exscribamus: Siftit nobis, inquit ille, genealogiam regum *Holmgardicorum* *Claudius Oernhielmus* [s] a *Waldemaro primo*, qui secundum *Russorum* annales fuit pronepos *Rureci*, illis *Volodimirus I.* dictus. Hujus filius *Jareslaus*, *Gardarikiæ* rex, teste *Snorrone Sturloni* de [t] Regis *Olai Skötkonungii* filiam *Ingeræm*, quæ in vito patre, *Norvegiæ* regi *Olao Crasso* desponsata erat, in matrimonium duxit, dotis loco promisso castello *Aldejburgo*, cum ejus annexa provincia. De hisce nuptiis quamvis sileant *Russorum* annales, tamen fides non deneganda *Sturlonidi*, cujus vitæ tempus proxime ad hæc secula accedit, quique fato jam functus erat, cum imperator *Michaël Palæologus* a. C. 1262. *Sclavonicas* litteras in *Bulgariam* mitteret, unde *Russi* demum illas acceperunt. Quamobrem valde incerta sunt, quæ de rebus ante excussionem *Tarrarici* jugi, & expugnationem magna *Novogardie* tot seculis post, in *Russorum* annales *Moscici* congesserunt; quippe qui quorundam veteris *Gardariciæ* sive *Russicæ* Principum nomina, longa traditione accepta, in suorum Ducum seriem retulerunt. Hoc jacto fundamento, *Jareslaum* fuisse generum *Olavi Skötkonung*, & anbos simul vixisse, facile res conficitur. Nam *Volodimirus*, qui nobis est *Waldemarus*, *Jareslai* pater, *Novogardiam* obtinuit post sui parentis *Suatoslai* deces-

H 2

sum

[s] In calce hist. Sveon. Goth. Escl. [t] R Ol. Selges S. pap. 95.

"sum A. M. 6480. sive A. C. 976. Mox, ut perhibent  
 "annales *Ruffici*, *Jeropolchus*; qui *Kiovia* residebat, bellum  
 "infert fratri suo *Olega*, eumque e medio tollit. Hoc  
 "audito, *Wolodimirus*, eadem fata a fratre suo *Jeropolcho*  
 "metuens, initio principatus sui statim, relicta *Novogar-*  
 "dia, ultra mare ad *Varegos* profugit, suppetias flagita-  
 "tum. Rex *Olavus Sctonung* sine omni dubio etate  
 "grandior fuit, quam ejus gener *Jaristaus*, *Jarislai* au-  
 "tem pater *Wolodimerus*, non potuit non etate superare  
 "Regem *Olaum*. Ergo fuga *Wolodimeri*, initio principa-  
 "tus sui *Novogardiensis*, suscepta, incidit in imperium *Eri-*  
 "ci *Victoriosi*, qui proxime, ut id demonstrat *Oernhielmi-*  
 "us, ante *Olaum* regnavit usque ad annum C. 994. Quo  
 "ergo fugere potuit? nisi ad hunc *Ericum*, quippe qui  
 "ut verbis *Oernhielmii* utar, in supremam usque horam ita  
 "vigilem circumtulit in omnes latissime patentis imperii partes  
 "oculum, ut quamvis subactos teneret *Fennos*, *Astios*, *Livo-*  
 "nos, *Curlandos*, *Boruffos*, *Danos* & *populos alios*, horum  
 "tamen nullas, ipso vivente, obsequium ejurare vel ausus sit, ob  
 "vindictam celerem invictæ fortitudinis, vel voluerit ob gratum  
 "cultum exprompta in omnes æque benevolentia [u]. Ex hi-  
 "sce existimaverim, satis patescere, *Ruffis* nullum ali-  
 "um populum nomine *Varegorum* venisse, quam *Suecos*.  
 Pertinent citata verba ad fundati apud *Ruffos* *Varegi-*  
 "ci imperii non *chronologiam* modo, sed præferunt in-  
 "super etiam, ad patriam istorum *inveniendam*, non ob-  
 "scurum *historiæ* lumen, cui, an præter illa, quæ jam  
 "ante allata fuere, experiundo aliqua a nobis adhuc ad-  
 "jici possint, ex sequenti §. XII. apparebit. Quod ad syn-  
 chro-

[ u ] *Hist. Sv. Goth. Eccles. p. 147.*

chronismum fœti ætatis & historiæ utrinque factam collationem, nil adjiciendum restat, nisi quod exinde certo concludere possimus cum *Hubnero* in *genealogicis*, aliisque; *Roreci* apud *Russos* imperii initia, ad medium seculi IX. & tempora prædicationis Evangelii JESU Christi, in septentrione ab *Anschario* repetitæ atque renovatæ [x] referenda esse.

### §. IX.

**S**eriem nominum, annorum & rerum gestarum certam atque perpetuam exsculpere velle ducum atque principum, qui ante *Rorecum* in *Holmgardia* rerum potiti fuerint, idem esse atque ex arenis funiculum nectere, ex supra dictis, per se quisque facile concludere potest. Fuit imperium eorum *Sarmaticum* h. e. raro moderatum & tale, in quo, teste *Floro*, pacem *cives non intellexerunt plane*; turbidum omnino & *Laconum* h. e. præfecturæ belli simillimum. Ast cujusmodi illius olim conditio fuerit, retulere *Russici* scriptores in seriem ducum suorum, ne plane nullum, apud majores eorum, regnum fuisse videretur, nomina non pauca principum, quæ longa traditione partim ab aliis acceperant, partim suopte ingenio, ipsi sine dubio effinxerant, cum, pro more seculi, ad antiquitatem gentis in tuto collocandam, per se priora non satisfacerent. Cum vero credibile sit  
omni-

---

[x] *Diploma* *Anschario* *geminum* a *Gregorio IV. Pontif.* & *Ludovico pio Imperatore* exhibitum cum potestate religionis *Christiane* per *Svethiam* & *Orientales terras*, *Fenningiam* *pura* & *Ostrogardiam* promulgandæ, non obscure significant, harum, cum *Svecico imperio*, regionum, tempore illo, arctiorem cognationis & amicitie societatem.

omnino, eorum potissimum, in chronicis suis, regum rationem habere, qui post defectionem stirpis *Othiniana*, ex *Slavis* præfuerunt: quæ in nostris historiis clarissima *Gardaricie* nomina regum occurrant, huic nostræ de *Varegis* commentatiunculæ adnectere consultum duximus; ut quæ quondam inter utramque gentem commercia usu venerint, liquidius appareat. *Gylfonis*, *Othinii*, *Sigur* & *Suafurlami*: item *Frothonis*, *Inguari* ejusque filii *Æliræ* nec non *Radberti* & ceterorum vetustissimorum *Holmgardie* regum mentionem prætereo, quorum ex historiis, memoriâ in genealogicis injicit, & quâ vixerit, suam cuique ætatem reddit *Peringskiöldius*. Præter illos *Kollaugerum* vasti & potentissimi regni *Ostrogardici* dominum fuisse dicit *Hervora* historia: *Hregvideri* mentionem facit *Gange-Rols* Saga. *Hertigerium* orientalis *Russie* regem, terrarum spatiis & incolarum numero amplissimum facit statim initio, *Egilli* & *Asmundi* historia. *Stur-lauger* ejusque devotæ amicitie commilito *Fradmar*, *Holmgardie* reges, auctori eorum historiae, circa finem, salutantur. Seculi non integri spatio ante *Varegos*, *Regnerum* *Eodbrog* ejusque filium *Huitfarker* *Russiam* imperio suo tenuisse, auctor est *Er. Pomeranus* Rex, in sua *Danica* gentis historia. quo cum conferri iterum meretur in opere modo laudato, exquisitiss. diligentia *Peringskiöldii*. Itemq; fragmentum histor. à filio editum, cujus recensio actis literariis *Specie* inserta est [y]. Sed e diverticulo in viam. Fateor nos libenter supersedere voluisse recensione vitæ & rerum gestarum *Roreci* ejusque nepotum *Varegorum*, imprimis cum

tem-

---

[y] Tom. I. p. 37. Plures *Holmgardie* veteres regulos recenset *Schoetgenius* in *originibus Russ.* p. 13. seqq.

temporis & rerum habitus brevitatem suadeant. Verum cum istis sine adminiculis, antiquitatis iter illud ad inveniendum natale solum Ducum horum difficulter persequi poterimus, quæ de primis gentis illius *Russia* dynastis *Herbersteinius* aliique in rem nostram, memoriæ prodidere, strictim & per transennam intuebimur.

## S. X.

**S**ilicet cum de Ducibus ex alienigena gente arcescendis Rutheni convenissent, eosdem tum *Varegos* fratres tergeminos *Rorecum*, *Sinaum* & *Truworem*, apud suos magno jam ante loco habitos, sibi præposuisse, & ratione, Scandicis illius avi non ignorata neque inusitata principibus, [z] imperium inter ipsos distribuisse, antea dictum fuit. Cum vero sine hæredibus minores natu fratres decederent, sub *Röreco Novogardia* domino in pristinam formam atque magnitudinem iterum coaluit. Moriens filium ille reliquit immaturæ sed ferocis ingenii *Igorum*, [a] qui ducta uxore *Olga* & ex illa filio *Suitburslao* genito, in bello *Nicomediæ Bitbynia* usque pro-

[z] *Vildes Histor. Sv. pragm. II. 26.*

[a] *In illis ante memoratis Chronicis Ruthenicis Poviest Vremianich una cum articulis pacificationis, inter Cæsarem Constantinop. atque Russos stabilita, legatorum Iguri nomina recensentur: Caroli, Ingeldi, Farloti [Farulf] Rulof [Rolof] & cetera, que mere Gothica esse, Gothorum nemo non videt. Quod pacem aut verius inducias attinet, initas ab Ingore cum hostibus suis, testatur idem chronicon, quod bello novo, ex non longa mora, eosdem inceserit, decem millium adjutus ope *Varegorum*, quos sive *Wargos* sive *Varingos* appellaveris, res eodem recidit. modo ad Scandia officinam pertinuisse, & ex eadem prodisse, una nobiscum eonsentias.*

pro lato , infelici fato periit. Patris imperium cavessere, cum per aetatem nondum posset *Suitburslaus* [ b ] mater filii sui nomine locoque, administravit. Virilis animi vidua illa erat, *Sigrída Storråde* reginæ *Suethie*, eodem, quo *Olga*, tempore florentis, mores cum prociis atque proxenetis convivandi, mira similitudine exprimens. Vixit & imperavit ad annum aetatis usque octogesimum: constitueruntque posterius memoriae illius annuam celebritatem, quod prudentia imperii longa subditis ad felicitatem, imo pietatem & veri Numinis cultum quoque, suo exemplo praeluxerit. Christianam religionem enim ejusque baptismum, juxta formulam *Græcæ* ecclesiæ, *Constantinopoli* ipsam recepisse primum, & in sua gente mox instaurasse perhibetur. Matris imperii artes domi forisque, quamdiu viveret, felici æmulatione expressit *Suitburslaus*: nulla re alia gravis regno suo, quam quod, familiari regibus errore & in filios præpostera pietate, vivus adhuc regnum inter ipsos diviserit. Inter illos post multam de principatu disceptationem, *Volodimirus* seu *Valdemarus*, quem cum filio *Jareslavo* perperam confundit *Schötgenius*, *Novogardie* princeps imperio solus & sine æmulo iterum potitus est. Sed qui, cum premere tur adhuc fratrum, & præcipue senioris *Jeropolchi* æmulatione, ad *Varegorum*, ultra mare, consanguineam gentem profugisse legitur, eorumque auxilio non suum modo pristinum recuperasse, sed & fratris novum acquisivisse imperium. Est hujus quoque apud *Ruffos* sancta me-

---

[ b ] Sub *Asmundo* morum magistro, itidem *Scandica* originis sine dubio, adolevisse *Suitburslaum*, *Chronicon Mscr. laudatum* modo, testatur.



memoria principis, quod quieti publicæ restituto regno, oratoribus Christianis, ex diversis regnis ad illum concurrentibus, eumque cohortantibus ut illam religionem reciperet, locum dederit, & demum eandem, *Graeco* itidem ritu [c] penes se quoque admiserit, imo subditis suis in universum imperaverit. Regnavit secundum vulgarem & receptum computū, ab anno Christiani orbis 976. ad annum usque 1005. pater duodecim admodum filiorum, in ceteris *Vifvaldi* & *Jarestavi*. quos inter pristinae prodiones, insidiae, simultates, intestinaque mox bella recrudere, donec virtute & ope *Varegorum* [d] ad obsequium fratres compelleret *Jarestavus*, monarchiae integræ Dominus novissimus, *Olavi Skörkonungii* gener, securitatisque *Sueciani* imperii in illis finibus publicus sequester. Fuit illius præcipua sedes *Aldejuburgum*, aut si cum *Dijkmanno* nostrate loqui velis, *Alogieburgum*, alterum olim *Gardarikia* emporium, cujus, cum subjuncto territorio, castellum, dotis nomine, principi suæ *Svethica* stipulatum fuisse *Jarestavum*, *Sturlonides* auctor est [e].

## I

## §. XI.

[c] JOHAN. III. *Svethiæ regem itidem Constantinopolin legationem destinasse, ad uniendoſ eccleſiarum orientis & patriæ noſtræ ritus; inque illum finem Ericum Eriæ Aboënſium episcopum, oratorem futurum, equeſtri dignitate ornaviſſe, ex Bazio D. Benzeliuſ obſervat in funebri b. m. Enemanni elogio.*

[d] *Fugam ad ultramarinos itidem meditatam fuiſſe Jareſtavum, cum adverſus fratres infeliciter pugnaſſet, idem noſ chronicon laudatum M. Scr. docet.*

[e] l. p. 516. edit. Peringsk. *Quo tempore urbs iſtæ ſitu & opere valida (dialecſto Sclavica Stargard dicta) primum extructa fuerit: utrum primis Varegiſ, an vero ſuperiorum*

**H**Æc est summa historia Moscovitica primorum in illa gente principum *Varegorum*. Illius cum annalibus regnorum & regum *Scandiae* ejusdem ævi, collationem quan-

---

*seculorum dynastæ alius natales suos debeat, nil dicendum habemus. Ericum Eidmunsonium, vulgo Wäderhatt, Sve-thiæ regem, in ceteris ad orientem regionibus, quas forti dextra subjugaverat, Finlandiam atque Careliam quoque regno suo tributariam fecisse, sueque præclaræ virtutis varia monumenta, castella & eximii operis arces inibi excitasse, apud Stur-lonidem Thorgnyrus legifer, in oratione, ad O: Skörkoning, comitali sua memorat. Illa inter Svethiæ regis opera, utrum Aldejoburgum referendum sit, iis, qui vetustatis notitiam me magis explicitam habent, decernendum relinquo. Situm illius veterem Aldesco, hodie Ladogæ lacus oram illum, qua in Nevam fluvium ille semet effundit, etiamnum in ruderibus ostendere, sunt qui assertum eant nonnulli. Antequam Archangopolis atque Novogardia exterorum commerciis inclarescere inciperent, urbem pro ratione illius ævi, satis celebrem fuisse, nulli dubitamus; quamvis, quæ exterorum mercantium comitatus insigniter promovit sicuti oportunitas, eadem ad prædam & rapinam hostes circumcirca quoque invitaverit. Certe Trygvonidis antea memorati Norvegiæ regis ævo, Ericum Jarlum, eandem post arctam obsidionem expugnasse, editaque ingenti strage, castellum ipsum destruxisse, flammisque delivisse, apud Snorronem legimus: etiamsi ab illo excidio iterum, regnante Jareslavo, surrexerit, & principibus exteris, præcipue Norvagicis, Olavo Haraldi, ejusque filio Magno [Hin gode] ut & Haraldo Hardråde, illi, Ingigerdis reginæ affini, isti, ex sorore nepoti, seu verius privigno, huic au-*

quandam instituere juvabit. visuri an in illa sociæ gentis arena non hæreant vestigia etiamnum aliqua, quæ genus & patriam *Varegorum* non obscure demonstrant.

tem genero ejusdem, gratum modo hospitium, modo exilii azyum præbuerit. Quæ hujusce urbis [cujus vicem recentiori ævo Neovia & demum Petropolis urbs vere Imperatoria hodie sustinet] cetera memorabilia fuerint, consulto prætereo; cuius sicut ortus, ita interitus tempora quoque perinde ignota sunt. Ad seculum XIII. usque, quo patriam discordiæ civiles, Tartarorum jugo subjicerent, seu ut Herbersteinus loquitur: cum inter fratres principes varii tumultus, expulsiones atque permutaciones regnorum atque ducatum increbescerent, Holmgardiæ regnum & quibus illud, ceu vestibus atque columnis sustentabatur, urbes atque castella perdurasse, credibile omnino. Illo tempore fratres duos Alexandrum & Andream de imperii summa decertasse invicem: huncque ultra mare profugum, iterum Svecorum illo tempore pro Regem Birgerum Jarlum de auxiliis sollicitasse legimus. vide Regis Hagen Hagensons Norsta Crönika. Verum cum eodem tempore secum ipsa discors Scandia esset, ita ut fiduciariis amicis suis pristina officia regni præstare nullo modo posset, ad Tartaros Andreas confugit, factumque, ut avite urbes & castella multa diruta, multaque nefaria, hujus auspicio principis, emulationeque, in imperio perpetrata fuerint, teste Herbersteinio. Ab illo tempore Holmgardiæ & Aldejoburgi & Rotalū de qua Stralenbergi & ceterorum vetustatis operum, in illo regno, pene muta est omnis memoria. Cumque non ita multo post a Trogillo Canuti, prioris Birgeri cognominis & nepotis auspicio regis, contra barbarorum in ipsam Svethiam irruptiones, edificata fuit loco si non eodem, certe non procul distito, munimentum Landsø

Tempore hoc eodem, quo Rörci Varegi apud Novogardenses regnum inciperet, Scandios armis, pro lubitu, Britanniam Hagellasse, Scotos, Frisios Flandriamque adpendendos sibi annuos census coëgisse: Itemque Röricum NB. alterum Scandianorum ductorem DC. navium classe cum Ludovico Germaniæ rege, in Albi congressum fuisse, Messenius commemorat. [\*] Apud Sturlonidem, regis Gardaricia, paulo post tempore florentis, Volodimiri, plus simplici vice mentio fit, ad quem ex Norvegia, Olavum, cæsi principis illius Trugvæ filium, cum matre puerum admodum delatum legimus. Sturlonidis fidem suo testimonio comprobatur Oddur Mund in suo de fatis & rebus gestis Truggonidis hujus, commentario, quem versione gemina notisque illustravit Reenbielmus. In aula illa diu &

---

crona alias Nöteborg: quidquid ex veteri Aldejoburgo reliqui fecisset fortuna, ad excitandum strenue novum opus, comportatum fuisse congestumque, quisque videt. Ita ut in illo veteri Samnio, Samnium posteritas aliquod, studiosissime questum licet investigatumque, egre inventura sit. tanto magis, quanto Landscrona & Nöteborgi castrum non unum idemque, sed geminum faciant Russici annales. illud ad Ochta fluvium a Svethis, hoc autem a Russis paulo post tempore, fundatum memorantes. Ceteras urbes a Varegis ducibus partim extructas, partim sedibus aula eorum frequentatas: Novogardiam [que ex illius Albæ ruinis aut certe coloniis crevit] Volodimiriam, Kioviam, ut ad illa que destinaverimus, persequenda citius revertamur, sciens volensque prætereo.

[\*] Joh. Messen. Scand. Illustr. Tom. 1. ad annum Christi DCCCXLV.

& honorifice versatum fuisse *Truggonidem* huncce, ibi experimenta fidei & virtutis suæ bellicæ, cum maturesceret, plurima reliquisse: imo cum adolevisset, ipseque *Constantinopoli* prius fidem & baptismum Christianum recepisset, suo consilio nisi que *Valdemarum* & *Alogiam*, reginam illius prudentissimam permovisse quoque ad eandem religionem amplexendam, iidem annales commemorant. Ne quid de filiis *Gardariciae* regis, *Jareslavo* & *Visvaldo*, *Varegis* dicam, invicem de imperio paterno digradientibus, quorum alterum affinitatem & amicitiam regni sui ambientem, *Suethie* rex *Olaus* generum adoptavit: Alterum, *Visvaldum* scilicet [ f ] mater *Olavi*, *Sigridis*, cujus paulo ante mentionem fecimus, cum fratri suo, *Suethie* regis fœderato modo gravis esset, una cum *Norvagiæ* regulo & omni procantium turba, ad æmulationem *Olge Moschovitiæ* illius, igne delevit.

## S. XII.

**I**N illa vero historię gentis utriusque facta recensione, quænam ad nostrum præcise scopum collineare videantur, porro dispiciendum. *Rörecum* Scandiæ bellatorem nec non *Germaniæ* & *Scotiæ* flagellum illud, cujus in superiori paragrafo meminimus, utrum magnum principem sibi eundem *Russi*, an vero alium ejusdem nominis præposuerint, qui ab hisce literis paratiores sunt, me ipso facilius pervidebunt. Ab affinitatis *Jareslavum* inter atque *Ol. Skötkonungium* contractæ jure, non

---

[ f ] *Visivaldus* hic procul dubio pater erat illius, cujus *Sturlonides* historia *O. Sancti* cap. 95. mentionem facit. de quo conferri potest *Reutenfelsius* in originibus & rebus *Moschoviticis*: *Huhner* in *Historiis* & *genealogiis*, itemque alii.

non præter rem concludit laudatæ de *Varegia* dissertati-  
 onis auctor, *Varegos*, ad quos *Volodimirus* confugerat,  
*Sæccos* fuisse, quorum summa cum gloria late patens  
 imperium, illo tempore, *Ericus Victoriosus* rex, *Olai* pater  
 tenuerit. *Erico* *Segersälles Sigridis*, ad quam hostem pro  
 hospite *Visvaldus* accesserat, nupta fuit. De *Ingegerda* utri-  
 usque hujus *Suethie* principis nepte, eademque *Tareslavi*  
*Volodimiridis* modo memorati conjugæ; auctor est *Sturlo-*  
*nides*, quod cum ejus, una cum regno avito, matrimoni-  
 um sibi *Ol. Crassus* *Norvegia* rex paulo ante conciliare stu-  
 daret, & præ odio neutiqvam consentire vellet ambi-  
 oni præci illius, *Olavus* parens, eadem adhuc innupta;  
 patri tuaserit, ut si suo consilio res agenda esset, on is-  
 so quod ipsi in *Norvegiam* jus competeret, in orienta-  
 les regiones arma transferret, regnaque illa recupera-  
 ret, quæ olim præci NB. reges *Sveonum* tenuissent: ne-  
 que ita pridem NB. *Styrbernus* cognatus subjugasset. *Styr-*  
*bernum* fratrem fuisse *Erici Segersälles*, eundemque inter  
 heroes sui avi memorandum, perinde notum est. Cum q;  
 dicatur *Ingegerdi Styrbernus* non ita pridem subjugasse rē-  
 giones orientales: Iterum *Saxoni*, *Sclavica* militia in stru-  
 ctum eundem depugnasse pugnam illam ad *Förisvald*  
 memorabilem, quæ *Erico* fratri suo clavum imperii *Svevia*  
 extorquere voluit, quid quæso propius aut vero simili-  
 us esse potest, quam *Scandiam* illam omnino *Varegiam*  
 esse, unde *Volodimirus* adversus fratres sui imperii æmu-  
 los auxilia, *Styrberno* duce, requisivit & obtinuit; &  
 denique *Russiam* quoque illam esse *Sclaviam*, ex qua, com-  
 positis in illa gente turbis civilibus, auxilia sua vicissim  
 habuit *Styrbernus*, quibus fratrem ille suum *Suethici* re-  
 gni

gni folio deturbare aggredetur. Quid multis? Quamvis *Olgam* sive *Alogiam Valdemari* non conjugem sed aviam faciunt *Rufforum* annales, eandemque non ex *Norvegia*, uti ego conjicio [g] sed *Plescovia* [b] genus suum ducere, videtur. *Herbersteinus* statuere velle: tamen si quæ de Christianis laetis initiata regula hacce, illius imperii severitate atque prudentia, nec non singulari in novam religionem favore utrinque differuntur: si quæ de *Valdemari* mariti regis obstinatione animi lon-

ga

[g] Crebra reginarum sub illo nomine septentrionatum mentio in *Chronicis*. Neque enim *Alogia* (*Holmgardica* ni fallor) *Edda* solum meminit, sed & *Grotius* in prolegomenis ad *Hist. Gorb.* Imo *Peringskiöldius* in *genealogicis*. *Suirslatum* *Olga* filium, *Byzantini* scriptores *Sphendostabulum* vocant: *Alogia* in *Olgam* contractum fuisse nomen in peregrinis, nemo mirabitur. *Strahlenbergius* certe libri saepius citati p. 95. in notis, cum *Dikmanno*, *Aldejeburgum* ex *Alogia* sive *Olga* *Alogieburgum* dici debere, pro magis verisimili habet. *Alogia* vero seu *Olga* nomen, admissio Christianismo, *Helena* nomine permutatum fuisse, neque nostræ conjecturae quidquam detrabet, si cogitaverimus exempla innumera dari hominum Christianorum, non semper vetus gentilitatis nomen retinentium, sed novo Christiano itidem permutantium. *Volodimirus III.* *Holmgardica* rex conjugem habuit *Sventoslavam*, eandemque cum *Sverkeridi* *Svetthia* regi demum nupsisset, *Sophiam* appellatam fuisse, ex *Oernhielmio*, aliisque perinde notum est. [b] *Olgam Plescovia* natales suos debere dicit *Herbersteinus*. *Strahlenbergius* autem & quos ille sequitur, *Russiae* annales, *Gostomifeli* *Novogardia* civis honoratioris filiam faciunt.

ga retinendi veteris sacri, ejusque non nisi per externos oratores, quos inter *Olaus Tryggonides* quoque erat, felici expugnatione memorantur: Si quæ de *Visvaldo* a suis ejecto & in Gothiam profugo, unanimi consensione narrant utriusque gentis Chronica: verbo: si quæ non hujus solum sed & ceterorum multo florentissimarum gentium conditio historiæ fuerit, hisce temporibus, ad animum vocaverimus, quam finitimis sæpe gentibus alia atque alia nomina imposuerint, uti antea monuimus, eademque, modo corruerint, modo ad genium linguæ suæ emollita in annales retulerint, in causa hac quoque, admodum non difficile erit concludere, vel e *Scandia* proprie sic dicta evocatos *Varegos*, *Moschovitarum* Principes: aut fidem veterum annalium penes ipsos, mira, si non omni penitus incertitudine, laborare.

### §. XIII.

**F**atetur in pulcherrimo opere historico suo septentrionalis & australis orbis detecti *Strahlenbergius*, teste illustri viro *Gundlingio*, a vocabulis eorumque fontibus cum cura excussis, ad intimam vetustatem illa sæpe vestigia deprehendisse semet, quæ in annalium monumentis identidem frustra requisiverit. Scio esse nonnullos, qui de ista ratione aperiendi sibi penetralia veteris historiæ adeo neque magnifice sentiant; cum linguæ non veterem literarum formam, nedum verborum, aut ceterarum antiquitatis suæ partium aliquam amplius retineant. Abundare sensu suo jisdem non invideo. Nostræ modo libertati non ipsi mutuo succenseant, si in illorum gratiã, qui diversum ab ipsis antiquitatis sensum habent, nos non perinde fastidiverimus tenuem licet stri-



stricturam lucis istam, ad obtinendum id, quod quærimus: præsertim postquam eandem alios quoque, puta ipsum *Prætorium* ambitiose sequutum fuisse viderimus, ad *Varegiam Borussie* suæ solo indagandam. cuius nescio quam fabulam modo recitabimus. Adducuntur a *Petreo* alia atque alia nomina *Gotthorum* propria: *Erick, Fredrick, Gotfred, Sigfred: Sigge, Sven, Simon: Ture, Trotte seu Tusve*, ex quibus, nec non eorum, cum nominibus primorum ducum *Varegorum*, affinitate inducere velle videtur, non aliunde facile, quam ex ipsis *Gotthorum* sedibus, *Varegos* olim descendisse. Dissertationis de *Varegia* auctori antea laudato, *Rörek* idem nomen esse statuitur, pro quo nunc dicimus *Roderik*: *Sinaum* nihil aliud esse, quam depravatum *Sune*, & *Truvor* idem quod *Trued* hodiernum. Cui otium fuerit *Runicas Peringskiöldii* lapidum inscriptiones evolvere, easque cum numerosa sylloge illa propriorum nominum conferre, quam suæ *Herraudi & Bose* historiae subtexit b. m. *Verelius*, & accessione de suo facta, in actis *Suebiae* literariis locupletiolem reddidit *D. Olaus Celsus*, inveniet non difficulter, alia atque alia nomina *Gotthica*, olim magis quam hodie usitata, quæ si non propiore, eodem gradu saltem cum *Varegis* illis conveniant: *Rörik, Signiauter & Trygr*, seu *Trugve*, quorum habitus, licet e *Russia* peregrinitatis, aliquid mentiri velle videatur, tam alte tamen genus suum dissimulare nullo modo possunt, ut non eodem cælo genitis, stirpis atque originis cognatio, primo statim intuitu appareat. In illa historia modo memorata *Herraudi & Bose* trium piratarum magna nomina: *Rörek, Siggeir* atque *Tuares*, totidem literis exprimuntur. quorum in maritima *Uplandia*

*dia* sedes fuisse modo, modo piratica sua eandem crebro infestasse leguntur. Et nisi discreparent tempora valde, quibus utraqve hæc gens *Varejorum* vixerit, pro *Holmgardicis Varegis* modo nominatam trigam *Scandiae* bellatorum facile acciperemus. Verum cum dicantur suo auctori hi tres interfuisse prælio in campis *Bravaldinis* memorabili: idque historicis ceteris neque dissentientibus, qui *Rörekum* & *Truvarum* pugiles, hostibus *Haraldi Danie* regis accenserent, pro principibus illis, quos *Varegia Russi* evocavere, neque venditare sustinemus. In primis cum regis non caruerit imperio, tempore illo, *Russia*. Radiberti enim antea memorati regis *Ruthenicæ* nepotem *Regnaldum* tum temporis floruisse & prælio eidem interfuisse *Saxo*, historiæ suo loco eodem commemorat. Quid plura? si cui ista non sufficiant veteris historiæ testimonia ad probandum tria *Varejorum* nomina esse *Gothica*, recentioris ævi, si volupe fuerit scriptores conveniet & videbit non gentilibus solum sed & Christianis *Gothis*, illa passim & ubique nomina usitata fuisse [a].

## §. XIV.

---

[a] *Rörek* a *ro* navigare & *reka* regere, navalis militiæ præfectum denotat, eoque nomine claros in historia legimus, præter *Rörekum Archipiratam* seu *Wargum* ante memoratum, *Rörekum Glingeband*: etiam *Rörekum* ultimum in *Hispania V. Gothorum* regem. *Röreci* duo *Norvagiæ* reguli, alii que apud *Sturlonidem* insignes viri, eodem nomine celebres sunt. *Röreki*, *Helgi Lethræ* regis fratris, cujus viduam *Gardarikiæ* rex *Radibertus* conjugem postea duxit, *Saxo* mentionem facit: itemque fragmentum *Historicum* *Peringskæ*: edit. *Rörekr* *Byrgeßon*, nobilis vir in vita *S. Erici*, ab *Israële Erlan-*

## § XIV.

**A**ntiquitatis tabularia, in quæ forte inciderimus, gentis  
 Autriusque hactenus excussit 9. Affinitates, nomina nec  
 non pacis atque belli, ceteraque publica & privata vitæ  
 commercia; quæ cum nostris majoribus pridem inter-  
 cessere *Varegis*, Moscoviæ Ducibus atque dynastis, per  
 transennam vidimus. Istitis itineribus, utrum quidquam  
 profecerimus ad indagandas genuinas *Varegorum* origi-  
 nes, qui inter *Menenios & Appios*, me ipso diutius studu-  
 erunt, facile decernent. Restat ad aciem & arenam pro-  
 moveamus gradum, huiusque velitationis ludicro,  
 quod speramus, bonam clausulam imponamus. Ne ve-  
 ro absque testibus & arbitris res agatur, omnemque re-  
 motioris avi seriem vicissitudinum non nisi propriæ sen-  
 tentiæ accommodare velle videamur, qui suam nostræ  
 causæ hastam vocemque præbuere, in primam aciem  
 mittere consultum duximus. præcipue vero illos, quos  
 ulla neque necessitas neque præmii spes ad veritatem

K 2

pigmen-

---

di citatur. Caroli Canuti regis proavus sub eodem nomine  
 quoque celebris est. Cujus filius Thordo Bonde Nöreffson, re-  
 gnante Margareta, Viburgensis castellanus erat. Truvar  
 seu Trugve a Trut & Trygg fidelis [ vid. Löfcheri liter.  
 Celta ] inter athletas Ringonis Svethiæ regis, Saxoni nume-  
 ratur, hodie Truve & Trygge dicitur. Siniam seu Signia  
 autem insignis pirata, apud Vormium in monumentis citatur.  
 Signiutr & Sinniuter meminit Bicerner in Ep. ad Cell. p.  
 34. Nomen proprie Consecratum significat. Cetera nomina  
 propria: Valdemari, Igoris seu ut Schærtgenio audit Inger  
 cum feminino suo Igur: & præsertim Olgæ seu Alogiæ, etiam,  
 qui nondum are lavantur, Scandi pro suis agnoscunt,

pigmentis inficiendam extimulare potuerunt. Solent in foro ad causæ minus perplexam disceptationem, viam ipsi praire litigantes, quoties is, cujus periculo luditur, de se ipso confessus fuerit & in alterius castra sponte transierit. Nostram cum non exteri solum, sed ipsi suo suffragio Moschovitæ etiam sententiam juvent, quid pro nobis hi testes dixerint, ab initio expromendum. Quæ extraneorum historicorum consensionis summa sit, deinceps, non ex longa mora visuri. De regum Suetiicorum filiis, liisque præfectis Holmgardicis, ex historia reformatæ *Moschovix* clarissimi *Veberi*, initio statim adduximus nonnulla: eaqve ne cramben repetere eandem velle videamur, hoc loco consulto præmittimus. Cum seculo abhinc proximo, fervente discordia civili, dissentiens ipsa secum Russia esset super exterorum Principe aliquo in rempublicam adsciscendo: & Moschuenes aliunde: Novogrodeneses vero GUSTAVI ADOLPHI Suetiicæ regis fratrem, *magnum Ducem* imperii expecterent: tum *Cyprianum* Archimandritam, Archiepiscopi & ceterorum Nougardiæ Ordd. ablegatum, alterius instar *Gostomisseli*, ad dispersas & male coherentes nationes, in unum societatis corpus redintegrandum, in medium consuluisse legimus, ut CAROLUM P. *Suehix principem hereditarium* magnum *Ducem* sibi præficerent, cui tuendo gentem suam etiamnum sufficere non dubitaret: quem admodum ex antiquitate & historiis probare posset, centenis aliquot annis, ante Nougardiam, Moschorum dominio subactam, gavisos fuisse principem, e Suetiia accepto RURICO [b]. Graviter & ingenue in illum modum Abbas & Canonicus religiosi-

---

[b] Videkindi *hisor. bell. Suec. Moscov. lib. 8. p. m. 403.*  
*Confer Chron. M. Scr. pag. 57. in not. citat. de eodem Rurico.*

ligiosissimus. Cujus, si scenæ & ostentui datam publicam vocem forte quisquam increpaverit, adversariæ factionis sociorum verbis, idem, quod spero, non difficulter obtinebimus. De *Moschuensibus* paulo ante diximus, quod partibus aliis atque aliis, semet illi quoque addixerint, uni modo, modo alteri Candidatorum penes se Principatum deferre velle visi. Hac vero ultro citroque diu mota controversia, cum pro exterorum quorundamque æmulorum exclusione conveniretur tandem, Varegorum in hanc formam verborum, conceptam reperiri exclusivam, in *libro graduati* illo Slavonico, literæ nobilissimi *Lindheimii* nos iterum docuere: quod cum in magnam difficultatem imperium facile incurrere posset, si ex Varegis, gente, abominabili Romano Latherana hæresi infecta, magnum Duce[m] adsumerent, inde eorum penes se dominationi, suum neque adscribere posse assensum, Qui de odio, quo Romanam ecclesiam Rutheni olim prosequuti fuerint [c] quidquam noverit, non mirabitur

---

[c] Messenio teste in *Chronologia* *Int.* circa an. C. 1348. Sverbia regem Magnum Smek, victorem in hostico Ruthenorum, schismaticos ad fidem Catholicam cohortatum, & ab iisdem insigniter delusum fuisse legimus. In illo Slavonia chronico: *Kniga Stepennaja*, itidem perscriptum invenimus, eundem Magnum R. Nigrum penes ipsos appellatum, circa idem tempus Svecos, ad *Basilium Novogardia* A. Ep. ablegasse philosophos, qui cum ipso super religionis negotio verbis confingerent. Sed quorum palporum Romanorum Sirenios cantus, cum nil nisi questum & pias religionis offucias tegere viderent Moschi; emulatione cruenti exempli Germanorum veter., adversus sui ævi Romanos caussidicos, mox arma corripuerunt, sibilareque viperas desinare jusserunt. Certissimo indicio, seculo illo quoque Russos

tur illos, qui nuperrime partes illius sequuti fuissent, in eandem cum ipsis, invidiam abominationis trahi. Per *Varegos* non *Vagrios* neque *Boruffos*, sed *Sveo-Gothorum* Principes intelligi, ex antedictis, rerum & temporum horum non ignarus, cum *Cypriano* nobisque facile consentiet. Istitis vero non inficiandis testibus indigenis a latere succenturiatum volumus alienigenam, puta *Cl. Stieberi* ante laudati *Colophonium* suffragium, qui, eventualis rationibus eorum, qui ad *Obotritarum* regulos *Muschovix* Dynastas hodie Imperantes referre satagunt, in hanc formam concludit tandem: Welches alles aber besser von der benachbarten Schweden, so von je her, ein streitbares volck gewesen, kan verstanden werden. h. e. quæ omnia [ de *Volodimiro* ejusque belli sociis *Varegis* dicta] *Svethis* vicinis, nationi, inde usque bellicosæ, potius convenire videntur.

§. XV.

**Q**ui origines *Varegorum* Scandiæ derogare satagunt, duorum præcipue generum sunt: aliis e *Borussia* eosdem arcessere natales suos: aliis ex *Vagria* *Holfaticæ* sinu prorupisse adseverantibus. *Hujusce* agminis primipilus est *Herbersteinus*, & qui ex illius conjectura species sibi nescio quas augustas secure nimis effinxerunt, pag. 22. notati. *Illi* vero sententiæ *M. Prætorius* originem tribuit aut saltem auctoritatem. Ultramque vero opinionem erudite & solide profligavit dissertationis de *Varegia* diligentissimus auctor, ita ut si quem ex isto genere belli mustaceum nos captare præumeremus, alienis

---

fumos & larvas, sequentis avi non obnoxio more, cane & angre pejus detestatos fuisse.

entis laudibus injuriam facere non de nihilo existimaremur. Interim cum sit dissertatio illa in hoc nostro orbe rarior, ne cupidis literarum harum, ad pleniorē rei notitiam, ea subducere velle videamur, in quibus se aliena industria præclare explicuit, pugnam, quam ille prolixiorē instituit, in compendium nos missuri sumus. Et quidem primum, quod *Prætorium* attinet, non vocabulum ipsum modo *Varegi* Prussicum esse & *exactorem* significare: verum sub Duce seu flamine *Krive*, octavo & nono seculis, Prutenicum satis amplum fuisse imperium instat, quo cum nullius in vicinia gentis potestas comparari posset: ut adeo in gente vicina illa, quā in Danis Svethisque, loco, lingua, moribusque disjunctissimis, *Varegorum* ducum patriam perquirere, pro re & instituto magis probabili venditet. Verum cum quæ de Prutenorum duce sacrificulo, & sub eodem, gentis gloria & amplitudine magnificentius quam verius jactantur, *Hartknockius* & ceteri historiographi eorum, falsitatis & anilitatis ipsi condemnent; memoriam & imperium *Veidevutzi* seu *Kryves* illius, si quid tale exstiterit, ad seculum XII, deprimant: quid de operationibus & rebus gestis, quas antequam existeret, trecentis annis molitus sit, sentiendum fuerit, eodem, quo legerit, intuitu, unusquisque statim judicabit. Nisi alio eodemque fortiore virium robore viam attentaverit *Prætorius*, ad rei controversæ apicem, aliis, ipse difficulter anteverteret.

§. XVI.

**V***Agria* ad præripiendum Scandiæ laureolam eandem quid efficere possit, porro dispiciendum. Sunt non ignota clariss. nomina virorum. qui finium quibus circum-

cumscribitur Scandia, angustissimorum intuitu, etiam-  
 num contendunt eandem sustinere nullo modo posse  
 elogium illud: *vagina gentium*, à veteribus tributum:  
*Vagiam* autem arctoi orbis particulam multo angustio-  
 rem, quia trans mare sita, *Varegorum* gentem populo-  
 sissimam Scythiæ aut si mavis Sarmatiæ suffecisse, invi-  
 ta licet historiæ veritate, pro impossibili non habent;  
 Qua vero iudicii certitudine an vero præiudicio hypo-  
 thesin illi suam tueri velint, ipsi videant. Qui Jornan-  
 dem ante citatum ceterasque illius ævi antiquitates hi-  
 storicas & geographicas sincere contulerit cum iis, quæ  
 post adeo non multorum seculorum decursum exteri &  
 indigenæ scriptores in eandem sententiam testati sint,  
 suo pte nutu spero agnoscet, si non ex Scandiæ sinu pro-  
 ruperit fecundissima proles & populorum examina illa,  
 ceterarum gentium invidiam ad auferendum quantillum  
 decoris illius, frustraneam esse. *Vandalos & Venedos* di-  
 versas origine gentes, litus Germanicum Baltici maris,  
 utramque tenuisse olim; quamvis diversis temporibus,  
 ita ut in sedes *illorum* migrationibus exhaustas, hi sese in-  
 fuderint & reliquiis imbellis turbæ prædecessorum suo-  
 rum commiscuerint, nemo amplius dubitat. Vandalos  
 esse Germanos *Tacitus*: utrosque *Gothica* stirpis esse, non  
 utriusque arcta propinquitas linguæ solum, sed & aucto-  
 ritas idoneorum historicorum ad oculum demonstrat:  
*Procopii* imprimis, cuius fidem in dubium vocare tanto  
 minus licet, quanto Vandalos inter ipse vixerit, regi-  
 que Gelimero ejusque proceribus familiariter usus fue-  
 rit. Ille vero quandoquidem asseruit Vandalos, non mi-  
 nus quam Vestro-Gothos, O-Gothos & Gepidas, populos  
 esse



esse Gothicos: nominibus licet distincti sint, origine tamen, moribus atque lingua congruentes; [a] nobis certe, donec certiores pars altera testes proferre potuerit, quin Gothi Scandianis fati fuerint, non dubitare, nedum negare licebit. Ad *Vandaliam* olim pertinuisse *Vagriam* rem minus controversam puto: Unde vero nomen illa sortita fuerit, magis in perplexo posita res est. In *Helmoldi* chronico *Sclavico* *Vageriam* & *Vagriam* pridem dictam fuisse inuenio: ejusque non segnus, quam ceteros Nordalbingos & Holsatiae incolas priscos, propter barbarorum viciniam, furtis & latrocinii operam dare consueuisse. Furari & largiri apud Holsatos ostentationi: imo hebetem & inglorium habitum fuisse omnem, quisquis praedari nesciret, in iisdem chronicis per scriptum inuenimus [b] Barbarorum nomine, quorum in exercenda strenue piratica, exemplis insisterent Nordalbingi, Scandianos intellexisse historicum, non illud, cujus ipse auctor est, solum, sed *Adamus* etiam, ceteraque tantum non omnia aevi illius chronica dubitare non sinunt. Quin eadem, quae *Stormariae* nomen dedit, majorum nostrorum belligerandi licentia, cognatae & expositae eidem fato viciniae, cognatum cum indole nomen sive *Varegia* sive *Vageria*, aut si cum *Jornande Gotho* loqui velimus, *Evageria*, jam olim dederit, saltem dare potuerit, inficias non aliquem facile iturum spero. Imo agnosceret, credo, natales ipsa suos *Vagria*, eodemque, quo *Varegia*, jure postliminii, Scandiae semet

L

vin-

[a] *Hessel*, *dissertat. de Vandalis conferris meretur* & *scriptores pag. 21. citati*. [b] *L. I. 47. vid. dissert. de piratica Upsalensium p. 18.*

vindicaret, si communis stirpis suæ, utpote *Vandalia* memoriam, non ævum, non hostilis, eademque diversæ originis atque religionis posteritas imis, quod dicitur, ceris erasisset. Quamobrem ad Sclavos, illius recētoris ævi *Vagrios* revertor. ex quibus *Rorecum* cum posteris Moschoviæ dynastis, itemque duces Megapoleos [ *Myßleburg* ] descendisse, non pauci contendunt: quique ut aliis, quod ipsi rectum volunt, facilius perivadeant, amplius à *Roreco* retrorsum eundo ad *Ostaviam* Romani imperii *Augustam* gentem, illaque mediante, ad ultimos Trojani belli heroes, genealogicum illud schema suum porrigunt & extendunt. Sed est illa blanda hæresis non nostri ævi commentum. Duo secula saltem, si non plura præterivere, postquam in suas tabulas historici retulerunt, & demum aquilæ Romanæ in clypeum Moschoviticum inferendæ auctoritatem *JOHANNI BASILIDI* donarunt. Verum cum, omni sine suffragio veteris ædilitatis, jus conferendæ civitatis Romanæ sibi seqvior ætas illa assumpsit, quid *STEPHANUS BATORI* Poloniæ rex eruditissimus, de securo tempore audacia ista existimaverit, ex illius edicto Svirensi, 1579. promulgato, cognoscere juvabit: *In regnum nostrum Poloniæ, magnumque Lithuania Ducatum jus sibi arrogavit IVANUS, idque vanissimis modis asseruit, dum a Prusso, nunquam inter mortales cognito aut nato, quem Ostavii Casaris fratrem, generis vero sui auctorem fuisse contendit, orsus, ab eo, se esse proavaginem decimam quartam significavit. quibus quidem generis sui vanissimis deliramentis, sibi jus perquam absurde in univèrsam Poloniæ regnum magnumque ducatum Lithuania aliasque provincias vindicare instituit.*

Tantum rex. *Vagria* vero, cur omni sine suffragio anti-  
 quitatis, nullo modo nobis *Varegia* esse possit, quæ *Ro-*  
*recum* imo ante eum quoque numerosiora auxiliorum  
 agmina in illas trans mare sociorum sedes devehî cura-  
 verit, ex dissertationis de *Varegia* auctore celebri, co-  
 lophonis loco, addidicisse juvabit: Quo minus *Vagria*  
 in *Varegiam* mutetur, repugnant, inquit, ipsi annales  
 Russorum, qui teste *Herbersteinio* & *Petrejo* perhibent, "  
*Varegos* cum *Russis* gravia bella gessisse, hosque tribu- "  
 tarios sibi reddidisse. *Sciavi* enim maris *Baltici* oram, "  
 quam tenebant, non uno impetu, aut victricibus ar- "  
 mis occuparunt, ut belli sedem statim alio transfer- "  
 re possent, sed ut *Bangertus* testatur, separatis tempo- "  
 ribus, introducta parte una populi post alteram, in "  
*Vandalorum* sedes commigrarunt, atque cum superstiti- "  
 bus *Vandalis* se permiscuerunt. Et sicut in patrio solo- "  
 assueti erant, ubi quicquid inter *Peucinos*, *Fennosque* syl- "  
 varum ac montium erigitur, latrociniis penetraverunt. "  
 ita hoc suo vitæ genere, in novis suis sedibus non po- "  
 tuerunt non vicinos ad arma adversus se capienda con- "  
 citare, ut non opus habuerint longinqua quærere bel- "  
 la & adoriri gentem, ejusdem secum, si credere fas est, "  
 originis ac lingvæ, plus ducentis milliaribus a se remo- "  
 tam. Primis seculis, antequam se in hoc terrarum tra- "  
 ctu firmarunt, & inde cum populis, quibus intermisce- "  
 bantur, coaluerunt, non adeo expeditum illis erat, "  
 mare transvolare, nec permiserunt id *Saxones*, *Dani* "  
 & *Sveci*, qui non desisterunt satis negotii illis domi- "  
 facessere: posterioribus autem, vim eorum omnem fre- "  
 gerunt imperatores *Carolus M.* ejusque posterî, ut tan- "

dem littora maris Baltici deserere cogentur. Hæc ille. Cetera, quibus adversus *Vagrios* pugnat argumenta, brevitatis causa, consulto, quamvis agre præterimus. Benevolum Lectorem, in fine iterum obsecrantes, ut sicubi in emetiendis plus quam labyrinthis anfractibus, re aut verbo, nosmet impigisse viderit, non nostræ ætatis *barbarorum* more, gloriosam, sine lege, piraticam in famam *sociorum* & innoxia eorum dicta, statim exerceat; sed quæ ab aliis, suos naves cupit, eadem ipse vicissim aliorum, tolerabili ansa præhendat. Quod si nimium visum fuerit, differat saltem tabellam excommunicationis sententiæ nostræ tam diu suspendere, donec ex actis scientiarum societatis illustris *Petropolitane*, Viri celeberrimi THEOPHILI SIGFR. BAYERI accurate summa ingenii gloria atque perspicacia, quantum ad restituendum certis sedibus, incertum larem *Varegorum*, pietatis professio duorum Scandianorum in unum collata, valeat, propediem, volente DEO comprehenderit.

S. D. G.

#### Corrigenda.

*Pag. 8. l. 15. lege Sturlæi. pag. 17. 4. Treuerus. lin. antepen. filios pag. 23. 20. Bayerus pag. 24. lin. 16. & pag. 29. 23. metaphor. pag. 23. 19. Harfåger. pag. 33. 19. Nuosalainen. pag. 62. 25. histor. pag. 68. 16. strenuè. pag. 72. 6. ceterarum. pag. 77. l. 27. palponum. Quæ cetera fuerint, humanitati L. B. condonabis.*



Juveni  
Doctrina morumque elegantia Conspicuo  
Dno. IOHANNI HELSINGIO  
Amico honoratissimo.

Nunquam certe majori voluptate Parentes perfunduntur, quam cum liberos suos in studiis bonisque artibus usque eo profecisse vident, ut in fama etiam luceque orbis eruditi versari incipiant. Molestiarum & onerum & arumnarum, quae eorum bono praedem devoravere, omnis tum dulcescere incipit memoria. Impensas adeo non ulla detractant, quae succrescenti fama & maturitati eorum velificari posse videntur, ut genium ipsi suum saepe defraudent, ad exitum curarum modo liberis viam & transitum expedire queant faciliorem. In patribus, qui institutione & ceteris cultioris vitae adminiculis, numerosa filiorum soboli strenue & liberaliter subvenere, GENITOR maxime reverendus Tuus certe, mi HELSINGI dilectissime, locum, si quis alius, sibi supremum vindicat. Ex conversatione cum fratribus, pietatis & emulationis paternae non evanidum colorem Temet traxisse, praesens dissertatio tua sufficienter demonstrat. quippe qua in lucem revocas consanguineae Varegorum gentis Tuae vetera memorabilia, quorum haecenus nullam prope reperiri potuisse memoriam, historici ipsi neque inficias ivere. Meruit haec industria Tua a nemine non patriae pietatem professo, laudari. Mihi sicut exemplo Tuo facem praeserre voluisti ad idem decus, si volet DEUS, maturioribus annis expetendum: ita quod a me impraesentiarum officium testificandae latitiae, amicitia nostra efflagitat, tibi lubens latusque exsolvo: DEUM precatus, velit Numen illius sanctissimum Tuis in posterum egregiis conatibus neque deesse; quo in commodum reipublicae crescas, Venerandi SENIS, Parentis Tui expectationem perficias, & fructus denique pulcherrimae contentionis Tuae latissimos percipias. Tuus ex asse

LAURENT. L. ALSTRIN.

Doctæ atque peregrinæ Dissertationis  
de VAREGIS  
Auctori atque Respondenti perindustrio,  
Domino JOHANNI HELSINGIO.

**S**alve Castalidum decus, optima spesque PARENTIS  
Qui mentis doctæ jam documenta facis.  
Et niveis avibus, ficto sermone fugato,  
Perlustrans Patriam singula vera mones,  
Nubibus e densis VAREGAM gentemque vetustam  
Protrahis, & priscis quæ fuit illa doces.  
Sic digne veterum prodens insignia facta,  
Laudes a sera posteritate feres.  
Sis igitur felix, cultasque fideliter artes  
Serva; en! ut cœptis ipsa Minerva favet,  
Et plaudit ter trina cohors gratata ferendis  
Mox tibi cum fertis premia mille novis.

Upsal. die III. Iduum Aprilis  
A. MDCCXXXIV.

Amicitiam suam festinabunda ac tenui  
manu testatam voluit

ANDREAS KRAFTMAN.  
Börgea Nylandus.

Til sin Høatrade Wån  
Herr JOHANNES HELSINGIUS.

**S**er Majus nu igen, uthur sitt tålt framträdde,  
Ströpt sig i gräs och löf, på stog och marker klädde,  
Och Flora til hans fransk, förr än han affled tar,  
Wähl blommor tusend' tabls uti beredslap har.  
Nu sij! then blida Sool sin' liufwa strålar sprider  
På alla ting, och mehr hwad liflöst är, ett lider:  
Hwad Februarius med snid och tjs betäckt,  
Nu åter qwicknar opp, och blir med frögd ozwäckt.  
Sielf jorden börjar på igen sin fruchter wisa,  
Thet Guulblås gröna sålt också Guds under prisa,  
Ja alt hwad åker, ång, sid, stog och annat mer,  
Uthi sitt sköte hyst, sig frödar nu och ler.  
Ho DQDEN som sig bör i hiertat städse lysen,  
D i sin lefnads lopp, af henne stadigst lysen,  
Wid Phæbus på wist sätt, han billigt liknas lär,  
Som of på thenna tid til fruchter uphof är.  
Jag, Herr HELSINGIUS här menar, som sin wandel  
Wäl fört, i dygden hast sitt tidsfördrif och handel:  
Han åfwenledes nu, uti sin blomstrand' wåhr  
Framteer en märcklig frucht, af lärdom witttra spåhr.  
Fördenskul til ett slut, jag wil af hiertat önska,  
Det DEN nöhsamhet må länge gro och grönska:  
Sehn J til måhlet hint, at J då öförmont  
Må få en Lagerfrank, then J så wähl förtient.

Wählment lemnat af  
PETRUS SERLACHIUS  
Pettersson.

SIGNORE !

Quando V. S. vuole rendere agli antichi documenti della nostra Patria il proprio splendore, intraprende un'opera di fatica e di spesa. Ma nondimeno ha voluto coll'aiuto del di lei grand'ingegno tutte le noie ed i fastidii, i quali si sono trovati in questo lavoro. Resti dunque V. S. servità che le dica solo, che partecipo alla sua felicità, ponendo ogni mia maggior sodisfazione nel honor di congratularla de' suoi felici progressi negli studii. Però mi stimerrò felicissimo, se potesse farlo conoscere cò miei servizi, che sono con molta osservanza

Di V. SIGNORIA

Upsala 25. Aprile

1734.

Sevte obligato  
LORENZO SALVIO.